

Liber II Paralipomenon

1:1 confortatus est ergo Salomon filius Daud in regno suo et Dominus erat cum eo et magnificauit eum in excelsum
1:2 praecepitque Salomon uniuerso Israheli tribunis et centurionibus et ducibus et iudicibus omnis Israhel et principibus familiarum
1:3 et abiit cum uniuersa multitudine in excelsum Gabaon ubi erat tabernaculum foederis Dei quod fecit Moses famulus Dei in solitudine
1:4 arcam autem Dei adduxerat Daud de Cariathiarim in locum quem parauerat ei et ubi fixerat illi tabernaculum hoc est in Hierusalem
1:5 altare quoque aeneum quod fabricatus fuerat Beselehel filius Vri filii Vr ibi erat coram tabernaculo Domini quod et requisiiuit Salomon et omnis ecclesia
1:6 ascenditque Salomon ad altare aeneum coram tabernaculo foederis Domini et obtulit in eo mille hostias
1:7 ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus dicens postula quod uis ut dem tibi
1:8 dixitque Salomon Deo tu fecisti cum Daud patre meo misericordiam magnam et constituisti me regem pro eo
1:9 nunc igitur Domine Deus impleatur sermo tuus quem pollicitus es Daud patri meo tu enim fecisti me regem super populum tuum multum qui tam innumerabilis est quam puluis terrae
1:10 da mihi sapientiam et intellegentiam ut egrediar coram populo tuo et ingrediar quis enim potest hunc populum tuum digne qui tam grandis est iudicare
1:11 dixit autem Deus ad Salomonem quia hoc magis placuit cordi tuo et non postulasti diuitias et substantiam et gloriam neque animas eorum qui te oderunt sed nec dies uitae plurimos petisti autem sapientiam et scientiam ut iudicare possis populum meum super quem constitui te regem
1:12 sapientia et scientia data sunt tibi diuitias autem et substantiam et gloriam dabo tibi ita ut nullus in regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui
1:13 uenit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Hierusalem coram tabernaculo foederis et regnauit super Israhel
1:14 congregauitque sibi currus et equites et facti sunt ei

1:1 And Solomon the son of David was strengthened in his kingdom, and the LORD his God was with him, and magnified him exceedingly.

1:2 Then Solomon spake unto all Israel, to the captains of thousands and of hundreds, and to the judges, and to every governor in all Israel, the chief of the fathers.

1:3 So Solomon, and all the congregation with him, went to the high place that was at Gibeon; for there was the tabernacle of the congregation of God, which Moses the servant of the LORD had made in the wilderness.

1:4 But the ark of God had David brought up from Kirjathjearim to the place which David had prepared for it: for he had pitched a tent for it at Jerusalem.

1:5 Moreover the brasen altar, that Bezaleel the son of Uri, the son of Hur, had made, he put before the tabernacle of the LORD: and Solomon and the congregation sought unto it.

1:6 And Solomon went up thither to the brasen altar before the LORD, which was at the tabernacle of the congregation, and offered a thousand burnt offerings upon it.

1:7 In that night did God appear unto Solomon, and said unto him, Ask what I shall give thee.

1:8 And Solomon said unto God, Thou hast shewed great mercy unto David my father, and hast made me to reign in his stead.

1:9 Now, O LORD God, let thy promise unto David my father be established: for thou hast made me king over a people like the dust of the earth in multitude.

1:10 Give me now wisdom and knowledge, that I may go out and come in before this people: for who can judge this thy people, that is so great?

1:11 And God said to Solomon, Because this was in thine heart, and thou hast not asked riches, wealth, or honour, nor the life of thine enemies, neither yet hast asked long life; but hast asked wisdom and knowledge for thyself, that thou mayest judge my people, over whom I have made thee king:

1:12 Wisdom and knowledge is granted unto thee; and I will give thee riches, and wealth, and honour, such as none of the kings have had that have been before thee, neither shall there any after thee have the like.

1:13 Then Solomon came from his journey to the high place that was at Gibeon to Jerusalem, from before the tabernacle of the congregation, and reigned over Israel.

1:14 And Solomon gathered chariots and horsemen: and he had a thousand and four hundred chariots, and twelve thousand horsemen, which he placed in the chariot cities, and with the king at Jerusalem.

Biblia Sacra Vulgata

mille quadringenti currus et duodecim milia equitum et fecit eos esse in urbibus quadrigarum et cum rege in Hierusalem
1:15 praeibitque rex argentum et aurum in Hierusalem quasi lapides et cedros quasi sycomoros quae nascuntur in campestribus multitudine magna 1:16 adducebantur autem ei et equi de Aegypto et de Coa a negotiatoribus regis qui ibant et coemebant pretio 1:17 quadrigam equorum sescentis argenteis et equum centum quinquaginta similiter de uniuersis regnis Cetheorum et a regibus Syriae emptio celebrabatur

1:15 And the king made silver and gold at Jerusalem as plenteous as stones, and cedar trees made he as the sycamore trees that are in the vale for abundance.

1:16 And Solomon had horses brought out of Egypt, and linen yarn: the king's merchants received the linen yarn at a price.

1:17 And they fetched up, and brought forth out of Egypt a chariot for six hundred shekels of silver, and an horse for an hundred and fifty: and so brought they out horses for all the kings of the Hititites, and for the kings of Syria, by their means.

2:1 And Solomon determined to build an house for the name of the LORD, and an house for his kingdom.

2:2 And Solomon told out threescore and ten thousand men to bear burdens, and fourscore thousand to hew in the mountain, and three thousand and six hundred to oversee them.

2:3 And Solomon sent to Hiram the king of Tyre, saying, As thou didst deal with David my father, and didst send him cedars to build him an house to dwell therein, even so deal with me.

2:4 Behold, I build an house to the name of the LORD my God, to dedicate it to him, and to burn before him sweet incense, and for the continual shewbread, and for the burnt offerings morning and evening, on the sabbaths, and on the new moons, and on the solemn feasts of the LORD our God. This is an ordinance for ever to Israel.

2:5 And the house which I build is great: for great is our God above all gods.

2:6 But who is able to build him an house, seeing the heaven and heaven of heavens cannot contain him? who am I then, that I should build him an house, save only to burn sacrifice before him?

2:7 Send me now therefore a man cunning to work in gold, and in silver, and in brass, and in iron, and in purple, and crimson, and blue, and that can skill to grave with the cunning men that are with me in Judah and in Jerusalem, whom David my father did provide.

2:8 Send me also cedar trees, fir trees, and algum trees, out of Lebanon: for I know that thy servants can skill to cut timber in Lebanon: and, behold, my servants shall be with thy servants,

2:1 decreuit autem Salomon aedificare domum nomini Domini et palatium sibi 2:2 et numerauit septuaginta milia uirorum portantium umeris et octoginta milia qui caederent lapides in montibus praepositosque eorum tria milia sescentos 2:3 misit quoque ad Hiram regem Tyri dicens sicut egisti cum Dauid patre meo et misisti ei ligna cedrina ut aedificaret sibi domum in qua et habitauit 2:4 sic fac mecum ut aedificem domum nomini Domini Dei mei et consecrem eam ad adolendum incensum coram illo et fumiganda aromata et ad propositionem panum sempiternam et holocaustomata mane et uespere sabbatis quoque et neomeniis et solemnitatibus Domini Dei nostri in sempiternum quae mandata sunt Israheli 2:5 domus autem quam aedificare cupio magna est magnus est enim Deus noster super omnes deos 2:6 quis ergo poterit praeualere ut aedificet ei dignam domum si caelum et caeli caelorum capere eum non queunt quantus ego sum ut possim ei aedificare domum sed ad hoc tantum ut adoleatur incensum coram illo 2:7 mitte igitur mihi uirum eruditum qui nouerit operari in auro et argento aere ferro purpura coccino et hyacintho et qui sciat scalpere celata cum his artificibus quos mecum habeo in Iudaea et in Hierusalem quos praeparauit Dauid pater meus 2:8 sed et ligna cedrina mitte mihi et arceuthina et pinea de Libano scio enim quod serui tui nouerint caedere ligna de Libano et

Liber II Paralipomenon

erunt serui mei cum seruis tuis 2:9 ut parentur mihi ligna plurima domus enim quam cupio aedificare magna est nimis et inclita 2:10 praeterea operariis qui caesuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici choros uiginti milia et hordei choros totidem olei quoque sata uiginti milia 2:11 dixit autem Hiram rex Tyri per litteras quas miserat Salomoni quia dilexit Dominus populum suum idcirco te regnare fecit super eum 2:12 et addidit dicens benedictus Dominus Deus Israhel qui fecit caelum et terram qui dedit Dauid regi filium sapientem et eruditum et sensatum atque prudentem ut aedificaret domum Domino et palatium sibi 2:13 misi ergo tibi uirum prudentem et scientissimum Hiram patrem meum 2:14 filium mulieris de filiabus Dan cuius pater Tyrius fuit qui nouerit operari in auro et argento et aere et ferro et marmore et lignis in purpura quoque et hyacintho et bysso et coccino et qui sciat celare omnem scalpturam et adinuenire prudenter quodcumque in opere necessarium est cum artificibus tuis et cum artificibus domini mei Dauid patris tui 2:15 triticum ergo et hordeum et oleum et uinum quae pollicitus es domine mi mitte seruis tuis 2:16 nos autem caedemus ligna de Libano quot necessaria habueris et adplicabimus ea rati-bus per mare in Ioppe tuum erit transferre ea in Hierusalem 2:17 numerauit igitur Salomon omnes uiros proselytos qui erant in terra Israhel post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius et inuenti sunt centum quinquaginta milia et tria milia sescenti 2:18 fecitque ex eis septuaginta milia qui umeris onera portarent et octoginta milia qui lapides in montibus caederent tria milia autem et sescentos praepositos operum populi

3:1 et coepit Salomon aedificare domum Domini in Hierusalem in monte Moria qui demonstratus fuerat Dauid patri eius in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusei 3:2 coepit autem aedificare mense secundo anno quarto regni

2:9 Even to prepare me timber in abundance: for the house which I am about to build shall be wonderful great.

2:10 And, behold, I will give to thy servants, the hewers that cut timber, twenty thousand measures of beaten wheat, and twenty thousand measures of barley, and twenty thousand baths of wine, and twenty thousand baths of oil.

2:11 Then Hiram the king of Tyre answered in writing, which he sent to Solomon, Because the LORD hath loved his people, he hath made thee king over them.

2:12 Hiram said moreover, Blessed be the LORD God of Israel, that made heaven and earth, who hath given to David the king a wise son, endued with prudence and understanding, that might build an house for the LORD, and an house for his kingdom.

2:13 And now I have sent a cunning man, endued with understanding, of Hiram my father's,

2:14 The son of a woman of the daughters of Dan, and his father was a man of Tyre, skilful to work in gold, and in silver, in brass, in iron, in stone, and in timber, in purple, in blue, and in fine linen, and in crimson; also to grave any manner of graving, and to find out every device which shall be put to him, with thy cunning men, and with the cunning men of my lord David thy father.

2:15 Now therefore the wheat, and the barley, the oil, and the wine, which my lord hath spoken of, let him send unto his servants:

2:16 And we will cut wood out of Lebanon, as much as thou shalt need: and we will bring it to thee in floats by sea to Joppa; and thou shalt carry it up to Jerusalem.

2:17 And Solomon numbered all the strangers that were in the land of Israel, after the numbering wherewith David his father had numbered them; and they were found an hundred and fifty thousand and three thousand and six hundred.

2:18 And he set threescore and ten thousand of them to be bearers of burdens, and fourscore thousand to be hewers in the mountain, and three thousand and six hundred overseers to set the people a work.

3:1 Then Solomon began to build the house of the LORD at Jerusalem in mount Moriah, where the Lord appeared unto David his father, in the place that David had prepared in the threshingfloor of Ornan the Jebusite.

3:2 And he began to build in the second day of the second month, in the fourth year of his reign.

Biblia Sacra Vulgata

3:3 Now these are the things wherein Solomon was instructed for the building of the house of God. The length by cubits after the first measure was threescore cubits, and the breadth twenty cubits.

3:4 And the porch that was in the front of the house, the length of it was according to the breadth of the house, twenty cubits, and the height was an hundred and twenty: and he overlaid it within with pure gold.

3:5 And the greater house he cieled with fir tree, which he overlaid with fine gold, and set thereon palm trees and chains.

3:6 And he garnished the house with precious stones for beauty: and the gold was gold of Parvaim.

3:7 He overlaid also the house, the beams, the posts, and the walls thereof, and the doors thereof, with gold: and graved cherubims on the walls.

3:8 And he made the most holy house, the length whereof was according to the breadth of the house, twenty cubits, and the breadth thereof twenty cubits: and he overlaid it with fine gold, amounting to six hundred talents.

3:9 And the weight of the nails was fifty shekels of gold. And he overlaid the upper chambers with gold.

3:10 And in the most holy house he made two cherubims of image work, and overlaid them with gold.

3:11 And the wings of the cherubims were twenty cubits long: one wing of the one cherub was five cubits, reaching to the wall of the house: and the other wing was likewise five cubits, reaching to the wing of the other cherub.

3:12 And one wing of the other cherub was five cubits, reaching to the wall of the house: and the other wing was five cubits also, joining to the wing of the other cherub.

3:13 The wings of these cherubims spread themselves forth twenty cubits: and they stood on their feet, and their faces were inward.

3:14 And he made the vail of blue, and purple, and crimson, and fine linen, and wrought cherubims thereon.

3:15 Also he made before the house two pillars of thirty and five cubits high, and the chapter that was on the top of each of them was five cubits.

3:16 And he made chains, as in the oracle, and put them on the heads of the pillars: and made an hundred pomegranates, and put them on the chains.

sui 3:3 et haec sunt fundamenta quae iecit Salomon ut aedificaret domum Dei longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta latitudinis cubitos uiginti 3:4 porticum uero ante frontem quae tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus cubitorum uiginti porro altitudo centum uiginti cubitorum erat et deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo 3:5 domum quoque maiorem textit tabulis ligneis abiegnis et lamminas auri obrizi adfixit per totum scalpsitque in ea palmas et quasi catenulas se inuicem conplectentes 3:6 strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore decore multo 3:7 porro aurum erat probatissimum de cuius lamminis textit domum et trabes eius et postes et parietes et ostia et celauit cherubin in parietibus 3:8 fecit quoque domum sancti sanctorum longitudinem iuxta latitudinem domus cubitorum uiginti et latitudinem similiter uiginti cubitorum et lamminis aureis textit eam quasi talentis sescentis 3:9 sed et clauos fecit aureos ita ut singuli clauis siclos quinquagenos adpenderent cenacula quoque textit auro 3:10 fecit etiam in domo sancti sanctorum cherubin duo opere statuario et textit eos auro 3:11 alae cherubin uiginti cubitis extendebantur ita ut una ala haberet cubitos quinque et tangeret parietem domus et altera quinque cubitos habens alam tangeret alterius cherub 3:12 similiter cherub alterius ala quinque cubitos et tangebatur parietem et ala eius altera quinque cubitorum alam cherub alterius contingebatur 3:13 igitur alae utriusque cherubin expansae erant et extendebantur per cubitos uiginti ipsi autem stabant erectis pedibus et facies eorum uersae erant ad exteriorem domum 3:14 fecit quoque uelum ex hyacintho purpura coccino et bysso et intexuit ei cherubin 3:15 ante fores etiam templi duas columnas quae triginta et quinque cubitos habebant altitudinis porro capita earum quinque cubitorum 3:16 necnon et quasi catenulas in oraculo et superposuit eas capitibus co-

Liber II Paralipomenon

lumnarum malagranata etiam centum quae catenulis interposuit 3:17 ipsas quoque columnas posuit in uestibulo templi unam a dextris et alteram a sinistris eam quae a dextris erat uocauit Iachin et quae ad leuam Booz

3:17 And he reared up the pillars before the temple, one on the right hand, and the other on the left; and called the name of that on the right hand Jachin, and the name of that on the left Boaz.

4:1 fecit quoque altare aeneum uiginti cubitorum longitudinis et uiginti cubitorum latitudinis et decem cubitorum altitudinis 4:2 mare etiam fusile decem cubitis a labio usque ad labium rotundum per circuitum quinque cubitos habebat altitudinis et funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius 4:3 similitudo quoque boum erat subter illud et decem cubitis quaedam extrinsecus celaturae quasi duobus uersibus aluum maris circuibant boues autem erant fusiles 4:4 et ipsum mare super duodecim boues inpositum erat quorum tres respiciebant aquilonem et alii tres occidentem porro tres alii meridiem et tres qui reliqui erant orientem mare habentes superpositum posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari 4:5 porro uastitas eius habebat mensuram palmi et labium illius erat quasi labium calicis uel repandi lilii capiebatque mensurae tria milia metretas 4:6 fecit quoque concas decem et posuit quinque a dextris et quinque a sinistris ut lauarent in eis omnia quae in holocaustum oblaturi erant porro in mari sacerdotes lauabantur 4:7 fecit autem et candelabra aurea decem secundum speciem qua iussa erant fieri et posuit ea in templo quinque a dextris et quinque a sinistris 4:8 necnon et mensas decem posuitque eas in templo quinque a dextris et quinque a sinistris fialas quoque aureas centum 4:9 fecit etiam atrium sacerdotum et basilicam grandem et ostia in basilica quae textit aere 4:10 porro mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem 4:11 fecit autem Hiram lebetas quoque et creagras et fialas et conpleuit omne opus regis in domo Dei 4:12 hoc est columnas duas et epistylia et capita et quasi quaedam retiacula quae capita tegerent super epistylia 4:13 malagranata quoque quadrin-

4:1 Moreover he made an altar of brass, twenty cubits the length thereof, and twenty cubits the breadth thereof, and ten cubits the height thereof.

4:2 Also he made a molten sea of ten cubits from brim to brim, round in compass, and five cubits the height thereof; and a line of thirty cubits did compass it round about.

4:3 And under it was the similitude of oxen, which did compass it round about: ten in a cubit, compassing the sea round about. Two rows of oxen were cast, when it was cast.

4:4 It stood upon twelve oxen, three looking toward the north, and three looking toward the west, and three looking toward the south, and three looking toward the east: and the sea was set above upon them, and all their hinder parts were inward.

4:5 And the thickness of it was an handbreadth, and the brim of it like the work of the brim of a cup, with flowers of lilies; and it received and held three thousand baths.

4:6 He made also ten lavers, and put five on the right hand, and five on the left, to wash in them: such things as they offered for the burnt offering they washed in them; but the sea was for the priests to wash in.

4:7 And he made ten candlesticks of gold according to their form, and set them in the temple, five on the right hand, and five on the left.

4:8 He made also ten tables, and placed them in the temple, five on the right side, and five on the left. And he made an hundred basons of gold.

4:9 Furthermore he made the court of the priests, and the great court, and doors for the court, and overlaid the doors of them with brass.

4:10 And he set the sea on the right side of the east end, over against the south.

4:11 And Hiram made the pots, and the shovels, and the basons. And Hiram finished the work that he was to make for King Solomon for the house of God;

4:12 To wit, the two pillars, and the pommels, and the chapters which were on the top of the two pillars, and the two wreaths to cover the two pommels of the chapters which were on the top of the pillars;

4:13 And four hundred pomegranates on the two wreaths; two rows of pomegranates on each wreath, to cover the two pommels of the chapters which were upon the pillars.

Biblia Sacra Vulgata

4:14 He made also bases, and lavers made he upon the bases;

4:15 One sea, and twelve oxen under it.

4:16 The pots also, and the shovels, and the fleshhooks, and all their instruments, did Hiram his father make to king Solomon for the house of the LORD of bright brass.

4:17 In the plain of Jordan did the king cast them, in the clay ground between Succoth and Zeredathah.

4:18 Thus Solomon made all these vessels in great abundance: for the weight of the brass could not be found out.

4:19 And Solomon made all the vessels that were for the house of God, the golden altar also, and the tables whereon the shewbread was set;

4:20 Moreover the candlesticks with their lamps, that they should burn after the manner before the oracle, of pure gold;

4:21 And the flowers, and the lamps, and the tongs, made he of gold, and that perfect gold;

4:22 And the snuffers, and the basons, and the spoons, and the censers, of pure gold: and the entry of the house, the inner doors thereof for the most holy place, and the doors of the house of the temple, were of gold.

5:1 Thus all the work that Solomon made for the house of the LORD was finished: and Solomon brought in all the things that David his father had dedicated; and the silver, and the gold, and all the instruments, put he among the treasures of the house of God.

5:2 Then Solomon assembled the elders of Israel, and all the heads of the tribes, the chief of the fathers of the children of Israel, unto Jerusalem, to bring up the ark of the covenant of the LORD out of the city of David, which is Zion.

5:3 Wherefore all the men of Israel assembled themselves unto the king in the feast which was in the seventh month.

5:4 And all the elders of Israel came; and the Levites took up the ark.

5:5 And they brought up the ark, and the tabernacle of the congregation, and all the holy vessels that were in the tabernacle, these did the priests and the Levites bring up.

5:6 Also king Solomon, and all the congregation of Israel that were assembled unto him before the ark, sacrificed sheep and oxen, which could not be told nor numbered for multitude.

5:7 And the priests brought in the ark of the covenant of the LORD unto his place, to the oracle of the house, into the most holy place, even under the wings of the cherubims:

genta et retiacula duo ita ut bini ordines malagranatorum singulis retiaculis iungerentur quae protegerent epistylia et capita columnarum 4:14 bases etiam fecit et concas quas superposuit basibus 4:15 mare unum bouesque duodecim sub mari 4:16 et lebetas et creagras et fialas omnia uasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex aere mundissimo 4:17 in regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Socchoth et Saredatha 4:18 erat autem multitudo uasorum innumerabilis ita ut ignoraretur pondus aeris 4:19 fecitque Salomon omnia uasa domus Dei et altare aureum et mensas et super eas panes propositionis 4:20 candelabra quoque cum lucernis suis ut lucerent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo 4:21 et florentia quaedam et lucernas et forcipes aureos omnia de auro mundissimo facta sunt 4:22 thymiamateria quoque et turibula et fialas et mortariola ex auro purissimo et ostia celauit templi interioris id est in sancto sanctorum et ostia templi forinsecus aurea sicque conpletum est omne opus quod fecit Salomon in domo Domini

5:1 intulit igitur Salomon omnia quae uouerat Dauid pater suus argentum et aurum et uniuersa uasa posuit in thesauris domus Dei 5:2 post quae congregauit maiores natu Israhel et cunctos principes tribuum et capita familiarum de filiis Israhel in Hierusalem ut adducerent arcam foederis Domini de ciuitate Dauid quae est Sion 5:3 uenerunt igitur ad regem omnes uiri Israhel in die sollempni mensis septimi 5:4 cumque uenissent cuncti seniorum Israhel portauerunt Leuitae arcam 5:5 et intulerunt eam et omnem paraturam tabernaculi porro uasa sanctuarii quae erant in tabernaculo portauerunt sacerdotes cum Leuitis 5:6 rex autem Salomon et uniuersus coetus Israhel et omnes qui fuerant congregati ante arcam immolabant arietes et boues absque ullo numero tanta enim erat multitudo uictimarum 5:7 et intulerunt sacerdo-

Liber II Paralipomenon

tes arcam foederis Domini in locum suum id est ad oraculum templi in sancta sanctorum subter alas cherubin 5:8 ita ut cherubin expanderent alas suas super locum in quo posita erat arca et ipsam arcam tegerent cum uectibus eius 5:9 uectium autem quibus portabatur arca quia paululum longiores erant capita parebant ante oraculum si uero quis paululum fuisset extrinsecus eos uidere non poterat fuit itaque arca ibi usque in praesentem diem 5:10 nihilque erat aliud in arca nisi duae tabulae quas posuerat Moses in Horeb quando legem dedit Dominus filiis Israhel egredientibus ex Aegypto 5:11 egressis autem sacerdotibus de sanctuario omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri sanctificati sunt nec adhuc illo tempore uices et ministeriorum ordo inter eos diuisus erat 5:12 tam Leuitae quam cantores id est et qui sub Asaph erant et qui sub Heman et qui sub Iditahun filii et fratres eorum uestiti byssinis cymbalis et psalteriis et citharis concrepabant stantes ad orientalem plagam altaris cumque eis sacerdotes centum uiginti canentes tubis 5:13 igitur cunctis pariter et tubis et uoce et cymbalis et organis et diuersi generis musicorum concinentibus et uocem in sublime tollentibus longe sonitus audiebatur ita ut cum Dominum laudare coepissent et dicere confitemini Domino quoniam bonus quoniam in aeternum misericordia eius impleretur domus Domini nube 5:14 nec possent sacerdotes stare et ministrare propter caliginem compleuerat enim gloria Domini domum Dei

6:1 tunc Salomon ait Dominus pollicitus est ut habitaret in caligine 6:2 ego autem aedificaui domum nomini eius ut habitaret ibi in perpetuum 6:3 et conuertit faciem suam et benedixit uniuersae multitudini Israhel nam omnis turba stabat intenta et ait 6:4 benedictus Dominus Deus Israhel qui quod locutus est Daud patri meo opere compleuit dicens 6:5 a die qua eduxi populum meum de terra Aegypti non

5:8 For the cherubims spread forth their wings over the place of the ark, and the cherubims covered the ark and the staves thereof above.

5:9 And they drew out the staves of the ark, that the ends of the staves were seen from the ark before the oracle; but they were not seen without. And there it is unto this day.

5:10 There was nothing in the ark save the two tables which Moses put therein at Horeb, when the LORD made a covenant with the children of Israel, when they came out of Egypt.

5:11 And it came to pass, when the priests were come out of the holy place: (for all the priests that were present were sanctified, and did not then wait by course:

5:12 Also the Levites which were the singers, all of them of Asaph, of Heman, of Jeduthun, with their sons and their brethren, being arrayed in white linen, having cymbals and psalteries and harps, stood at the east end of the altar, and with them an hundred and twenty priests sounding with trumpets:)

5:13 It came even to pass, as the trumpeters and singers were as one, to make one sound to be heard in praising and thanking the LORD; and when they lifted up their voice with the trumpets and cymbals and instruments of musick, and praised the LORD, saying, For he is good; for his mercy endureth for ever: that then the house was filled with a cloud, even the house of the LORD;

5:14 So that the priests could not stand to minister by reason of the cloud: for the glory of the LORD had filled the house of God.

6:1 Then said Solomon, The LORD hath said that he would dwell in the thick darkness.

6:2 But I have built an house of habitation for thee, and a place for thy dwelling for ever.

6:3 And the king turned his face, and blessed the whole congregation of Israel: and all the congregation of Israel stood.

6:4 And he said, Blessed be the LORD God of Israel, who hath with his hands fulfilled that which he spake with his mouth to my father David, saying,

6:5 Since the day that I brought forth my people out of the land of Egypt I chose no city among all the tribes of Israel to build an house in, that my name might be there; neither chose I any man to be a ruler over my people Israel:

Biblia Sacra Vulgata

6:6 But I have chosen Jerusalem, that my name might be there; and have chosen David to be over my people Israel.

6:7 Now it was in the heart of David my father to build an house for the name of the LORD God of Israel.

6:8 But the LORD said to David my father, Forasmuch as it was in thine heart to build an house for my name, thou didst well in that it was in thine heart:

6:9 Notwithstanding thou shalt not build the house; but thy son which shall come forth out of thy loins, he shall build the house for my name.

6:10 The LORD therefore hath performed his word that he hath spoken: for I am risen up in the room of David my father, and am set on the throne of Israel, as the LORD promised, and have built the house for the name of the LORD God of Israel.

6:11 And in it have I put the ark, wherein is the covenant of the LORD, that he made with the children of Israel.

6:12 And he stood before the altar of the LORD in the presence of all the congregation of Israel, and spread forth his hands:

6:13 For Solomon had made a brasen scaffold of five cubits long, and five cubits broad, and three cubits high, and had set it in the midst of the court: and upon it he stood, and kneeled down upon his knees before all the congregation of Israel, and spread forth his hands toward heaven.

6:14 And said, O LORD God of Israel, there is no God like thee in the heaven, nor in the earth; which keepeth covenant, and shewest mercy unto thy servants, that walk before thee with all their hearts:

6:15 Thou which hast kept with thy servant David my father that which thou hast promised him: and spakest with thy mouth, and hast fulfilled it with thine hand, as it is this day.

6:16 Now therefore, O LORD God of Israel, keep with thy servant David my father that which thou hast promised him, saying, There shall not fail thee a man in my sight to sit upon the throne of Israel; yet so that thy children take heed to their way to walk in my law, as thou hast walked before me.

6:17 Now then, O LORD God of Israel, let thy word be verified, which thou hast spoken unto thy servant David.

elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israhel ut aedificaretur in ea domus nomini meo neque elegi quemquam alium uirum ut esset dux in populo meo Israhel 6:6 sed elegi Hierusalem ut sit nomen meum in ea et elegi Daud ut constituerem eum super populum meum Israhel 6:7 cumque fuisset uoluntatis Daud patris mei ut aedificaret domum nomini Domini Dei Israhel 6:8 dixit Dominus ad eum quia haec fuit uoluntas tua ut aedificares domum nomini meo bene quidem fecisti habere huiuscemodi uoluntatem 6:9 sed non tu aedificabis domum uerum filius tuus qui egredietur de lumbis tuis ipse aedificabit domum nomini meo 6:10 conpleuit ergo Dominus sermonem suum quem locutus fuerat et ego surrexi pro Daud patre meo et sedi super thronum Israhel sicut locutus est Dominus et aedificaui domum nomini Domini Dei Israhel 6:11 et posui in ea arcam in qua est pactum Domini quod pepigit cum filiis Israhel 6:12 stetit ergo coram altare Domini ex aduerso uniuersae multitudinis Israhel et extendit manus suas 6:13 siquidem fecerat Salomon basem aeneam et posuerat eam in medio basilicae habentem quinque cubitos longitudinis et quinque cubitos latitudinis et tres cubitos in altum stetitque super eam et deinceps flexis genibus contra uniuersam multitudinem Israhel et palmis in caelum leuatis 6:14 ait Domine Deus Israhel non est similis tui Deus in caelo et in terra qui custodis pactum et misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo 6:15 qui praestitisti seruo tuo Daud patri meo quaecumque locutus fueras ei et quae ore promiseras opere complesti sicut et praesens tempus probat 6:16 nunc ergo Domine Deus Israhel imple seruo tuo patri meo Daud quaecumque locutus es dicens non deficiet ex te uir coram me qui sedeat super thronum Israhel ita tamen si custodierint filii tui uias suas et ambulauerint in lege mea sicut et tu ambulasti coram me 6:17 et nunc Domine Deus Israhel firmetur sermo tuus quem

Liber II Paralipomenon

locutus es seruo tuo Daudid 6:18 ergone credibile est ut habitet Deus cum hominibus super terram si caelum et caeli caelorum non te capiunt quanto magis domus ista quam aedificaui 6:19 sed ad hoc tantum facta est ut respicias orationem serui tui et obsecrationem eius Domine Deus meus audias et preces quas fundit famulus tuus coram te 6:20 ut aperias oculos tuos super domum istam diebus et noctibus super locum in quo pollicitus es ut inuocaretur nomen tuum 6:21 et exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo exaudi preces famuli tui et populi tui Israhel quicumque orauerit in loco isto et exaudi de habitaculo tuo id est de caelis et propitiare 6:22 si peccauerit quispiam in proximum suum et iurare contra eum paratus uenerit seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista 6:23 tu audies de caelo et facies iudicium seruorum tuorum ita ut reddas iniquo uiam suam in caput proprium et ulciscaris iustum retribuens ei secundum iustitiam suam 6:24 si superatus fuerit populus tuus Israhel ab inimicis peccabunt enim tibi et conuersi egerint paenitentiam et obsecrauerint nomen tuum et fuerint deprecati in loco isto 6:25 tu exaudi de caelo et propitiare peccato populi tui Israhel et reduc eos in terram quam dedisti eis et patribus eorum 6:26 si clauso caelo pluuia non fluxerit propter peccata populi et deprecati te fuerint in loco isto et confessi nomini tuo et conuersi a peccatis suis cum eos adflixeris 6:27 exaudi de caelo Domine et dimitte peccata seruis tuis et populi tui Israhel et doce eos uiam bonam per quam ingrediantur et da pluuiam terrae quam dedisti populo tuo ad possidendum 6:28 fames si orta fuerit in terra et pestilentia erugo et aurugo et lucusta et brucus et hostes uastatis regionibus portas obsederint ciuitatis omnisque plaga et infirmitas presserit 6:29 si quis de populo tuo Israhel fuerit deprecatus cognoscens plagam et infirmitatem suam et expanderit manus suas in domo hac 6:30 tu exaudi

6:18 But will God in very deed dwell with men on the earth? behold, heaven and the heaven of heavens cannot contain thee; how much less this house which I have built!

6:19 Have respect therefore to the prayer of thy servant, and to his supplication, O LORD my God, to hearken unto the cry and the prayer which thy servant prayeth before thee:

6:20 That thine eyes may be open upon this house day and night, upon the place whereof thou hast said that thou wouldest put thy name there; to hearken unto the prayer which thy servant prayeth toward this place.

6:21 Hearken therefore unto the supplications of thy servant, and of thy people Israel, which they shall make toward this place: hear thou from thy dwelling place, even from heaven; and when thou hearest, forgive.

6:22 If a man sin against his neighbour, and an oath be laid upon him to make him swear, and the oath come before thine altar in this house;

6:23 Then hear thou from heaven, and do, and judge thy servants, by requiting the wicked, by recompensing his way upon his own head; and by justifying the righteous, by giving him according to his righteousness.

6:24 And if thy people Israel be put to the worse before the enemy, because they have sinned against thee; and shall return and confess thy name, and pray and make supplication before thee in this house;

6:25 Then hear thou from the heavens, and forgive the sin of thy people Israel, and bring them again unto the land which thou gavest to them and to their fathers.

6:26 When the heaven is shut up, and there is no rain, because they have sinned against thee; yet if they pray toward this place, and confess thy name, and turn from their sin, when thou dost afflict them;

6:27 Then hear thou from heaven, and forgive the sin of thy servants, and of thy people Israel, when thou hast taught them the good way, wherein they should walk; and send rain upon thy land, which thou hast given unto thy people for an inheritance.

6:28 If there be dearth in the land, if there be pestilence, if there be blasting, or mildew, locusts, or caterpillers; if their enemies besiege them in the cities of their land; whatsoever sore or whatsoever sickness there be:

6:29 Then what prayer or what supplication soever shall be made of any man, or of all thy people Israel, when every one shall know his own sore and his own grief, and shall spread forth his hands in this house:

6:30 Then hear thou from heaven thy dwelling place, and forgive, and render unto every man according unto all his ways, whose heart thou knowest; (for thou only knowest the hearts of the children of men.)

Biblia Sacra Vulgata

6:31 That they may fear thee, to walk in thy ways, so long as they live in the land which thou gavest unto our fathers.

6:32 Moreover concerning the stranger, which is not of thy people Israel, but is come from a far country for thy great name's sake, and thy mighty hand, and thy stretched out arm; if they come and pray in this house:

6:33 Then hear thou from the heavens, even from thy dwelling place, and do according to all that the stranger calleth to thee for; that all people of the earth may know thy name, and fear thee, as doth thy people Israel, and may know that this house which I have built is called by thy name.

6:34 If thy people go out to war against their enemies by the way that thou shalt send them, and they pray unto thee toward this city which thou hast chosen, and the house which I have built for thy name:

6:35 Then hear thou from the heavens their prayer and their supplication, and maintain their cause.

6:36 If they sin against thee, (for there is no man which sinneth not,) and thou be angry with them, and deliver them over before their enemies, and they carry them away captives unto a land far off or near;

6:37 Yet if they bethink themselves in the land whither they are carried captive, and turn and pray unto thee in the land of their captivity, saying, We have sinned, we have done amiss, and have dealt wickedly;

6:38 If they return to thee with all their heart and with all their soul in the land of their captivity, whither they have carried them captives, and pray toward their land, which thou gavest unto their fathers, and toward the city which thou hast chosen, and toward the house which I have built for thy name:

6:39 Then hear thou from the heavens, even from thy dwelling place, their prayer and their supplications, and maintain their cause, and forgive thy people which have sinned against thee.

6:40 Now, my God, let, I beseech thee, thine eyes be open, and let thine ears be attent unto the prayer that is made in this place.

6:41 Now therefore arise, O LORD God, into thy resting place, thou, and the ark of thy strength: let thy priests, O LORD God, be clothed with salvation, and let thy saints rejoice in goodness.

de caelo de sublimi scilicet habitaculo tuo et propitiare et redde unicuique secundum vias suas quas nosti eum habere in corde suo tu enim solus nosti corda filiorum hominum 6:31 ut timeant te et ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus uiuunt super faciem terrae quam dedisti patribus nostris 6:32 externum quoque qui non est de populo tuo Israhel si uenerit de terra longinqua propter nomen tuum magnum et propter manum tuam robustam et brachium tuum extentum et adorauerit in loco isto 6:33 tu exaudies de caelo firmissimo habitaculo tuo et facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus ut sciant omnes populi terrae nomen tuum et timeant te sicut populus tuus Israhel et cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam aedificaui 6:34 si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per uiam in qua miseris eos adorabunt te contra uiam in qua ciuitas haec est quam elegisti et domus quam aedificaui nomini tuo 6:35 ut exaudias de caelo preces eorum et obsecrationem et ulciscaris 6:36 si autem et peccauerint tibi neque enim est homo qui non peccet et iratus fueris eis et tradideris hostibus et captiuos eos duxerint in terram longinquam uel certe quae iuxta est 6:37 et conuersi corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant egerint paenitentiam et deprecati te fuerint in terra captiuitatis suae dicentes peccauimus inique fecimus iniuste egimus 6:38 et reuersi fuerint ad te in toto corde suo et in tota anima sua in terra captiuitatis suae ad quam ducti sunt adorabunt te contra uiam terrae suae quam dedisti patribus eorum et urbis quam elegisti et domus quam aedificaui nomini tuo 6:39 ut exaudias de caelo hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum et facias iudicium et dimittas populo tuo quamuis peccatori 6:40 tu es enim Deus meus aperiantur quaeso oculi tui et aures tuae intentae sint ad orationem quae fit in loco isto 6:41 nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuam tu et

Liber II Paralipomenon

arca fortitudinis tuae sacerdotes tui Domine Deus induantur salute et sancti tui laetentur in bonis 6:42 Domine Deus ne aueriseris faciem christi tui memento misericordiarum Dauid serui tui

7:1 cumque conplesset Salomon fundens preces ignis descendit de caelo et deuorauit holocausta et uictimas et maiestas Domini impleuit domum 7:2 nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini eo quod implesset maiestas Domini templum Domini 7:3 sed et omnes filii Israhel uidebant descendentem ignem et gloriam Domini super domum et corruentes proni in terram super pauimentum stratum lapide adorauerunt et laudauerunt Dominum quoniam bonus quoniam in aeternum misericordia eius 7:4 rex autem et omnis populus immolabant uictimas coram Domino 7:5 mactauit igitur rex Salomon hostias boum uiginti duo milia arietum centum uiginti milia et dedicauit domum Dei rex et uniuersus populus 7:6 sacerdotes autem stabant in officiis suis et Leuitae in organis carminum Domini quae fecit Dauid rex ad laudandum Dominum quoniam in aeternum misericordia eius hymnos Dauid canentes per manus suas porro sacerdotes canebant tubis ante eos cunctusque Israhel stabat 7:7 sanctificauit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini obtulerat enim ibi holocausta et adipem pacificorum quia altare aeneum quod fecerat non poterat sustinere holocausta et sacrificia et adipem 7:8 fecit ergo Salomon sollempnitatem in tempore illo septem diebus et omnis Israhel cum eo ecclesia magna ualde ab introitu Emath usque ad torrentem Aegypti 7:9 fecitque die octauo collectam eo quod dedicasset altare septem diebus et sollempnitatem celebrasset diebus septem 7:10 igitur in die uicesimo tertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua laetantes atque gaudentes super bono quod fecerat Dominus Dauid et Salomoni et Israhel populo suo 7:11 conpleuitque Salomon domum Do-

6:42 O LORD God, turn not away the face of thine anointed: remember the mercies of David thy servant.

7:1 Now when Solomon had made an end of praying, the fire came down from heaven, and consumed the burnt offering and the sacrifices; and the glory of the LORD filled the house.

7:2 And the priests could not enter into the house of the LORD, because the glory of the LORD had filled the LORD's house.

7:3 And when all the children of Israel saw how the fire came down, and the glory of the LORD upon the house, they bowed themselves with their faces to the ground upon the pavement, and worshipped, and praised the LORD, saying, For he is good; for his mercy endureth for ever.

7:4 Then the king and all the people offered sacrifices before the LORD.

7:5 And king Solomon offered a sacrifice of twenty and two thousand oxen, and an hundred and twenty thousand sheep: so the king and all the people dedicated the house of God.

7:6 And the priests waited on their offices: the Levites also with instruments of musick of the LORD, which David the king had made to praise the LORD, because his mercy endureth for ever, when David praised by their ministry; and the priests sounded trumpets before them, and all Israel stood.

7:7 Moreover Solomon hallowed the middle of the court that was before the house of the LORD: for there he offered burnt offerings, and the fat of the peace offerings, because the brasen altar which Solomon had made was not able to receive the burnt offerings, and the meat offerings, and the fat.

7:8 Also at the same time Solomon kept the feast seven days, and all Israel with him, a very great congregation, from the entering in of Hamath unto the river of Egypt.

7:9 And in the eighth day they made a solemn assembly: for they kept the dedication of the altar seven days, and the feast seven days.

7:10 And on the three and twentieth day of the seventh month he sent the people away into their tents, glad and merry in heart for the goodness that the LORD had shewed unto David, and to Solomon, and to Israel his people.

7:11 Thus Solomon finished the house of the LORD, and the king's house: and all that came into Solomon's heart to make in the house of the LORD, and in his own house, he prosperously effected.

Biblia Sacra Vulgata

7:12 And the LORD appeared to Solomon by night, and said unto him, I have heard thy prayer, and have chosen this place to myself for an house of sacrifice.

7:13 If I shut up heaven that there be no rain, or if I command the locusts to devour the land, or if I send pestilence among my people;

7:14 If my people, which are called by my name, shall humble themselves, and pray, and seek my face, and turn from their wicked ways; then will I hear from heaven, and will forgive their sin, and will heal their land.

15:1 Azarias autem filius Oded facto in se spiritu Dei 15:2 egressus est in occursum Asa et dixit ei audite me Asa et omnis Iuda et Benjamin Dominus uobiscum quia fuistis cum eo si quaesieritis eum inuenietis si autem dereliqueritis derelinquet uos 15:3 transibunt autem multi dies in Israhel absque Deo uero et absque sacerdote doctore et absque lege 15:4 cumque reuersi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israhel et quaesierint eum repperient 15:5 in tempore illo non erit pax egredienti et ingredienti sed terrores undique in cunctis habitatoribus terrarum 15:6 pugnabit enim gens contra gentem et ciuitas contra ciuitatem quia Dominus conturbabit eos in omni angustia 15:7 uos ergo confortamini et non dissoluantur manus uestrae erit enim merces operi uestro 15:8 quod cum audisset Asa uerba scilicet et prophetiam Oded prophetae confortatus est et abstulit idola de omni terra Iuda et Benjamin et ex urbibus quas ceperat montis Ephraim et dedicauit altare Domini quod erat ante porticum Domini 15:9 congregauitque uniuersum Iuda et Benjamin et aduenas cum eis de Ephraim et de Manasse et de Symeon plures enim ad eum confugerant ex Israhel uidentes quod Dominus Deus illius esset cum eo 15:10 cumque uenissent Hierusalem mense tertio anno quintodecimo

15:1 And the Spirit of God came upon Azariah the son of Oded:

15:2 And he went out to meet Asa, and said unto him, Hear ye me, Asa, and all Judah and Benjamin; The LORD is with you, while ye be with him; and if ye seek him, he will be found of you; but if ye forsake him, he will forsake you.

15:3 Now for a long season Israel hath been without the true God, and without a teaching priest, and without law.

15:4 But when they in their trouble did turn unto the LORD God of Israel, and sought him, he was found of them.

15:5 And in those times there was no peace to him that went out, nor to him that came in, but great vexations were upon all the inhabitants of the countries.

15:6 And nation was destroyed of nation, and city of city: for God did vex them with all adversity.

15:7 Be ye strong therefore, and let not your hands be weak: for your work shall be rewarded.

15:8 And when Asa heard these words, and the prophecy of Oded the prophet, he took courage, and put away the abominable idols out of all the land of Judah and Benjamin, and out of the cities which he had taken from mount Ephraim, and renewed the altar of the LORD, that was before the porch of the LORD.

15:9 And he gathered all Judah and Benjamin, and the strangers with them out of Ephraim and Manasseh, and out of Simeon: for they fell to him out of Israel in abundance, when they saw that the LORD his God was with him.

15:10 So they gathered themselves together at Jerusalem in the third month, in the fifteenth year of the reign of Asa.

Biblia Sacra Vulgata

15:11 And they offered unto the LORD the same time, of the spoil which they had brought, seven hundred oxen and seven thousand sheep.

15:12 And they entered into a covenant to seek the LORD God of their fathers with all their heart and with all their soul;

15:13 That whosoever would not seek the LORD God of Israel should be put to death, whether small or great, whether man or woman.

15:14 And they swore unto the LORD with a loud voice, and with shouting, and with trumpets, and with cornets.

15:15 And all Judah rejoiced at the oath: for they had sworn with all their heart, and sought him with their whole desire; and he was found of them: and the LORD gave them rest round about.

15:16 And also concerning Maachah the mother of Asa the king, he removed her from being queen, because she had made an idol in a grove: and Asa cut down her idol, and stamped it, and burnt it at the brook Kidron.

15:17 But the high places were not taken away out of Israel: nevertheless the heart of Asa was perfect all his days.

15:18 And he brought into the house of God the things that his father had dedicated, and that he himself had dedicated, silver, and gold, and vessels.

15:19 And there was no more war unto the five and thirtieth year of the reign of Asa.

16:1 In the six and thirtieth year of the reign of Asa Baasha king of Israel came up against Judah, and built Ramah, to the intent that he might let none go out or come in to Asa king of Judah.

16:2 Then Asa brought out silver and gold out of the treasures of the house of the LORD and of the king's house, and sent to Benhadad king of Syria, that dwelt at Damascus, saying,

16:3 There is a league between me and thee, as there was between my father and thy father: behold, I have sent thee silver and gold; go, break thy league with Baasha king of Israel, that he may depart from me.

16:4 And Benhadad hearkened unto king Asa, and sent the captains of his armies against the cities of Israel: and they smote Ijon, and Dan, and Abelmaim, and all the store cities of Naphtali.

16:5 And it came to pass, when Baasha heard it, that he left off building of Ramah, and let his work cease.

regni Asa 15:11 immolauerunt Domino in die illa de manubiis et praeda quam adduxerant boues septingentos et arietes septem milia 15:12 et intrauit ex more ad corroborandum foedus ut quaerent Dominum Deum patrum suorum in toto corde et in tota anima sua 15:13 si quis autem inquit non quaesierit Dominum Deum Israhel moriatur a minimo usque ad maximum a uiro usque ad mulierem 15:14 iuraueruntque Domino uoce magna in iubilo et in clangore tubae et in sonitu bucinarum 15:15 omnes qui erant in Iuda cum execratione in omni enim corde suo iurauerunt et in tota uoluntate quaesierunt eum et inuenerunt praestititque eis Dominus requiem per circuitum 15:16 sed et Maacham matrem Asa regis ex Augusto deposuit imperio eo quod fecisset in luco simulacrum Priapi quod omne contriuit et in frusta comminuens conbusit in torrente Cedron 15:17 excelsa autem derelicta sunt in Israhel attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius 15:18 ea quae uouerat pater suus et ipse intulit in domum Domini argentum et aurum uasorumque diuersam supellectilem 15:19 bellum uero non fuit usque ad tricesimum quintum annum regni Asa

16:1 anno autem tricesimo sexto regni eius ascendit Baasa rex Israhel in Iudam et muro circumdabat Rama ut nullus tute posset egredi et ingredi de regno Asa 16:2 protulit ergo Asa argentum et aurum de thesauris domus Domini et de thesauris regis misitque ad Benadad regem Syriae qui habitabat in Damasco dicens 16:3 foedus inter me et te est pater quoque meus et pater tuus habuere concordiam quam ob rem misi tibi argentum et aurum ut rupto foedere quod habes cum Baasa rege Israhel facias eum a me recedere 16:4 quo conperto Benadad misit principes exercituum suorum ad urbes Israhel qui percusserunt Ahion et Dan et Abelmaim et uniuersas urbes muratas Nephthalim 16:5 quod cum audisset Baasa desiuit aedificare Rama et intermisit opus suum

Liber II Paralipomenon

16:6 porro Asa rex adsumpsit uniuersum Iudam et tulerunt lapides Rama et ligna quae aedificationi praeparauerat Baasa aedificauitque ex eis Gabaa et Maspha 16:7 in tempore illo uenit Anani propheta ad Asam regem Iuda et dixit ei quia habuisti fiduciam in rege Syriae et non in Domino Deo tuo idcirco euasit Syriae regis exercitus de manu tua 16:8 nonne Aethiopes et Lybies multo plures erant quadrigis et equitibus et multitudine nimia quos cum Domino credidisses tradidit in manu tua 16:9 oculi enim eius contemplantur uniuersam terram et praebent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum stulte igitur egisti et propter hoc ex praesenti tempore contra te bella consurgunt 16:10 iratusque Asa aduersus uidentem iussit eum mitti in neruum ualde quippe super hoc fuerat indignatus et interfecit de populo in tempore illo plurimos 16:11 opera autem Asa prima et nouissima scripta sunt in libro regum Iuda et Israhel 16:12 aegrotauit etiam Asa anno tricesimo nono regni sui dolore pedum uehementissimo et nec in infirmitate sua quaesiuit Dominum sed magis in medicorum arte confisus est 16:13 dormiuitque cum patribus suis et mortuus est anno quadragesimo primo regni sui 16:14 et sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in ciuitate Dauid posueruntque eum super lectulum suum plenum aromatibus et unguentis meretriciis quae erant pigmentariorum arte confecta et conbuserunt super eum ambitione nimia

17:1 regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo et inualuit contra Israhel 17:2 constituitque militum numeros in cunctis urbibus Iudae quae erant uallatae muris praesidiaque disposuit in terra Iuda et in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater eius 17:3 et fuit Dominus cum Iosaphat quia ambulauit in uis Dauid patris sui primis et non sperauit in Baalim 17:4 sed in Deo patris sui et perrexit in praeceptis illius et non iuxta peccata Israhel 17:5 confirmauitque Dominus

16:6 Then Asa the king took all Judah; and they carried away the stones of Ramah, and the timber thereof, wherewith Baasha was building; and he built therewith Geba and Mizpah.

16:7 And at that time Hanani the seer came to Asa king of Judah, and said unto him, Because thou hast relied on the king of Syria, and not relied on the LORD thy God, therefore is the host of the king of Syria escaped out of thine hand.

16:8 Were not the Ethiopians and the Lubims a huge host, with very many chariots and horsemen? yet, because thou didst rely on the LORD, he delivered them into thine hand.

16:9 For the eyes of the LORD run to and fro throughout the whole earth, to shew himself strong in the behalf of them whose heart is perfect toward him. Herein thou hast done foolishly; therefore from henceforth thou shalt have wars.

16:10 Then Asa was wroth with the seer, and put him in a prison house; for he was in a rage with him because of this thing. And Asa oppressed some of the people the same time.

16:11 And, behold, the acts of Asa, first and last, lo, they are written in the book of the kings of Judah and Israel.

16:12 And Asa in the thirty and ninth year of his reign was diseased in his feet, until his disease was exceeding great: yet in his disease he sought not to the LORD, but to the physicians.

16:13 And Asa slept with his fathers, and died in the one and fortieth year of his reign.

16:14 And they buried him in his own sepulchres, which he had made for himself in the city of David, and laid him in the bed which was filled with sweet odours and divers kinds of spices prepared by the apothecaries' art; and they made a very great burning for him.

17:1 And Jehoshaphat his son reigned in his stead, and strengthened himself against Israel.

17:2 And he placed forces in all the fenced cities of Judah, and set garrisons in the land of Judah, and in the cities of Ephraim, which Asa his father had taken.

17:3 And the LORD was with Jehoshaphat, because he walked in the first ways of his father David, and sought not unto Baalim;

17:4 But sought to the Lord God of his father, and walked in his commandments, and not after the doings of Israel.

17:5 Therefore the LORD established the kingdom in his hand; and all Judah brought to Jehoshaphat presents; and he had riches and honour in abundance.

Biblia Sacra Vulgata

17:6 And his heart was lifted up in the ways of the LORD: moreover he took away the high places and groves out of Judah.

17:7 Also in the third year of his reign he sent to his princes, even to Benhail, and to Obadiah, and to Zechariah, and to Nethaneel, and to Michaiah, to teach in the cities of Judah.

17:8 And with them he sent Levites, even Shemaiah, and Nethaniah, and Zebadiah, and Asabel, and Shemiramoth, and Jehonathan, and Adonijah, and Tobijah, and Tobadonijah, Levites; and with them Elishama and Jehoram, priests.

17:9 And they taught in Judah, and had the book of the law of the LORD with them, and went about throughout all the cities of Judah, and taught the people.

17:10 And the fear of the LORD fell upon all the kingdoms of the lands that were round about Judah, so that they made no war against Jehoshaphat.

17:11 Also some of the Philistines brought Jehoshaphat presents, and tribute silver; and the Arabians brought him flocks, seven thousand and seven hundred rams, and seven thousand and seven hundred he goats.

17:12 And Jehoshaphat waxed great exceedingly; and he built in Judah castles, and cities of store.

17:13 And he had much business in the cities of Judah: and the men of war, mighty men of valour, were in Jerusalem.

17:14 And these are the numbers of them according to the house of their fathers: Of Judah, the captains of thousands; Adnah the chief, and with him mighty men of valour three hundred thousand.

17:15 And next to him was Jehohanan the captain, and with him two hundred and fourscore thousand.

17:16 And next him was Amasiah the son of Zichri, who willingly offered himself unto the LORD; and with him two hundred thousand mighty men of valour.

17:17 And of Benjamin; Eliada a mighty man of valour, and with him armed men with bow and shield two hundred thousand.

17:18 And next him was Jehozabad, and with him an hundred and fourscore thousand ready prepared for the war.

17:19 These waited on the king, beside those whom the king put in the fenced cities throughout all Judah.

18:1 Now Jehoshaphat had riches and honour in abundance, and joined affinity with Ahab.

18:2 And after certain years he went down to Ahab at Samaria. And Ahab killed sheep and oxen for him in abundance, and for the people that he had with him, and persuaded him to go up with him to Ramothgilead.

regnum in manu eius et dedit omnis Iuda munera Iosaphat factaeque sunt ei infinitae diuitiae et multa gloria 17:6 cumque sumpsisset cor eius audaciam propter uias Domini etiam excelsa et lucos de Iuda abstulit 17:7 tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benail et Obdiam et Zachariam et Nathanahel et Micheam ut docerent in ciuitatibus Iuda 17:8 et cum eis Leuitas Semeiam et Nathanium et Zabadiam Asahel quoque et Semiramoth et Ionathan Adoniam et Tobiam et Tobadoniam Leuitas et cum eis Elisama et Ioram sacerdotes 17:9 docebantque in Iuda habentes librum legis Domini et circuibant cunctas urbes Iuda atque erudiebant populum 17:10 itaque factus est pauor Domini super omnia regna terrarum quae erant per gyrum Iuda nec audebant bellare contra Iosaphat 17:11 sed et Philisthei Iosaphat munera deferebant et uectigal argenti Arabes quoque adducebant pecora arietum septem milia septingentos et hircos totidem 17:12 creuit ergo Iosaphat et magnificatus est usque in sublime atque aedificauit in Iuda domos ad instar turrium urbesque muratas 17:13 et multa opera patrauit in urbibus Iuda uiri quoque bellatores et robusti erant in Hierusalem 17:14 quorum iste numerus per domos atque familias singulorum in Iuda principes exercitus Ednas dux et cum eo robustissimorum trecenta milia 17:15 post hunc Iohanan princeps et cum eo ducenta octoginta milia 17:16 post istum quoque Amasias filius Zechri consecratus Domino et cum eo ducenta milia uirorum fortium 17:17 hunc sequebatur robustus ad proelia Heliada et cum eo tenentium arcum et clypeum ducenta milia 17:18 post istum etiam Iozabath et cum eo centum octoginta milia expeditorum militum 17:19 hii omnes erant ad manum regis exceptis aliis quos posuerat in urbibus muratis et in uniuerso Iuda

18:1 fuit ergo Iosaphat diues et inclitus multum et adfinitate coniunctus est Ahab 18:2 descenditque post annos ad

Liber II Paralipomenon

eum in Samariam ad cuius aduentum mactauit Ahab arietes et boues plurimos et populo qui uenerat cum eo persuasitque illi ut ascenderet in Ramoth Galaad 18:3 dixitque Ahab rex Israhel ad Iosaphat regem Iuda ueni mecum in Ramoth Galaad cui ille respondit ut ego et tu sicut populus tuus sic et populus meus tecumque erimus in bello 18:4 dixitque Iosaphat ad regem Israhel consule obsecro inpraesentiarum sermonem Domini 18:5 congregauitque rex Israhel prophetarum quadringentos uiros et dixit ad eos in Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus an quiescere at illi ascende inquit et tradet Deus in manu regis 18:6 dixitque Iosaphat numquid non est hic propheta Domini ut ab illo etiam requiramus 18:7 et ait rex Israhel ad Iosaphat est uir unus a quo possumus quaerere Domini uoluntatem sed ego odi eum quia non prophetat mihi bonum sed malum omni tempore est autem Micheas filius Iembla dixitque Iosaphat ne loquaris rex hoc modo 18:8 uocauit ergo rex Israhel unum de eunuchis et dixit ei uoca cito Micheam filium Iembla 18:9 porro rex Israhel et Iosaphat rex Iuda uterque sedebant in solio suo uestiti cultu regio sedebant autem in area iuxta portam Samariae omnesque prophetae uaticinabantur coram eis 18:10 Sedecias uero filius Chanana fecit sibi cornua ferrea et ait haec dicit Dominus his uentilabis Syriam donec conterras eam 18:11 omnesque prophetae similiter prophetabant atque dicebant ascende in Ramoth Galaad et prosperaberis et tradet eos Dominus in manu regis 18:12 nuntius autem qui ierat ad uocandum Micheam ait illi en uerba omnium prophetarum uno ore bona regi adnuntiant quaeso ergo te ut et sermo tuus ab eis non dissentiat loquarisque prospera 18:13 cui respondit Micheas uiuit Dominus quia quodcumque dixerit Deus meus hoc loquar 18:14 uenit ergo ad regem cui rex ait Michea ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum an quiescere cui ille respondit ascendite cuncta

18:3 And Ahab king of Israel said unto Jehoshaphat king of Judah, Wilt thou go with me to Ramothgilead? And he answered him, I am as thou art, and my people as thy people; and we will be with thee in the war.

18:4 And Jehoshaphat said unto the king of Israel, Enquire, I pray thee, at the word of the LORD to day.

18:5 Therefore the king of Israel gathered together of prophets four hundred men, and said unto them, Shall we go to Ramothgilead to battle, or shall I forbear? And they said, Go up; for God will deliver it into the king's hand.

18:6 But Jehoshaphat said, Is there not here a prophet of the LORD besides, that we might enquire of him?

18:7 And the king of Israel said unto Jehoshaphat, There is yet one man, by whom we may enquire of the LORD: but I hate him; for he never prophesied good unto me, but always evil: the same is Micaiah the son of Imla. And Jehoshaphat said, Let not the king say so.

18:8 And the king of Israel called for one of his officers, and said, Fetch quickly Micaiah the son of Imla.

18:9 And the king of Israel and Jehoshaphat king of Judah sat either of them on his throne, clothed in their robes, and they sat in a void place at the entering in of the gate of Samaria; and all the prophets prophesied before them.

18:10 And Zedekiah the son of Chenaanah had made him horns of iron, and said, Thus saith the LORD, With these thou shalt push Syria until they be consumed.

18:11 And all the prophets prophesied so, saying, Go up to Ramothgilead, and prosper: for the LORD shall deliver it into the hand of the king.

18:12 And the messenger that went to call Micaiah spake to him, saying, Behold, the words of the prophets declare good to the king with one assent; let thy word therefore, I pray thee, be like one of their's, and speak thou good.

18:13 And Micaiah said, As the LORD liveth, even what my God saith, that will I speak.

18:14 And when he was come to the king, the king said unto him, Micaiah, shall we go to Ramothgilead to battle, or shall I forbear? And he said, Go ye up, and prosper, and they shall be delivered into your hand.

Biblia Sacra Vulgata

18:15 And the king said to him, How many times shall I adjure thee that thou say nothing but the truth to me in the name of the LORD?

18:16 Then he said, I did see all Israel scattered upon the mountains, as sheep that have no shepherd: and the LORD said, These have no master; let them return therefore every man to his house in peace.

18:17 And the king of Israel said to Jehoshaphat, Did I not tell thee that he would not prophesy good unto me, but evil?

18:18 Again he said, Therefore hear the word of the LORD: I saw the LORD sitting upon his throne, and all the host of heaven standing on his right hand and on his left.

18:19 And the LORD said, Who shall entice Ahab king of Israel, that he may go up and fall at Ramothgilead? And one spake saying after this manner, and another saying after that manner.

18:20 Then there came out a spirit, and stood before the LORD, and said, I will entice him. And the LORD said unto him, Wherewith?

18:21 And he said, I will go out, and be a lying spirit in the mouth of all his prophets. And the Lord said, Thou shalt entice him, and thou shalt also prevail: go out, and do even so.

18:22 Now therefore, behold, the LORD hath put a lying spirit in the mouth of these thy prophets, and the LORD hath spoken evil against thee.

18:23 Then Zedekiah the son of Chenaanah came near, and smote Micaiah upon the cheek, and said, Which way went the Spirit of the LORD from me to speak unto thee?

18:24 And Micaiah said, Behold, thou shalt see on that day when thou shalt go into an inner chamber to hide thyself.

18:25 Then the king of Israel said, Take ye Micaiah, and carry him back to Amon the governor of the city, and to Joash the king's son;

18:26 And say, Thus saith the king, Put this fellow in the prison, and feed him with bread of affliction and with water of affliction, until I return in peace.

18:27 And Micaiah said, If thou certainly return in peace, then hath not the LORD spoken by me. And he said, Hearken, all ye people.

18:28 So the king of Israel and Jehoshaphat the king of Judah went up to Ramothgilead.

18:29 And the king of Israel said unto Jehoshaphat, I will disguise myself, and I will go to the battle; but put thou on thy robes. So the king of Israel disguised himself; and they went to the battle.

enim prospera euenient et tradentur hostes in manus uestras
18:15 dixitque rex iterum atque iterum te adiuro ut non mihi loquaris nisi quod uerum est in nomine Domini 18:16 at ille ait uidi uniuersum Israhel dispersum in montibus sicut oues absque pastore et dixit Dominus non habent isti dominos reuertatur unusquisque ad domum suam in pace 18:17 et ait rex Israhel ad Iosaphat nonne dixi tibi quod non prophetaret iste mihi quicquam boni sed ea quae mala sunt 18:18 at ille idcirco ait audite uerbum Domini uidi Dominum sedentem in solio suo et omnem exercitum caeli adsistentem ei a dextris et sinistris 18:19 et dixit Dominus quis decipiet Ahab regem Israhel ut ascendat et corruat in Ramoth Galaad cumque diceret unus hoc modo et alter alio 18:20 processit spiritus et stetit coram Domino et ait ego decipiam eum cui Dominus in quo inquit decipies 18:21 at ille respondit egrediar et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius dixitque Dominus decipies et praeualebis egredere et fac ita 18:22 nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum et Dominus locutus est de te mala 18:23 accessit autem Sedecias filius Chanana et percussit Micheae maxillam et ait per quam uiam transiuit spiritus Domini a me ut loqueretur tibi 18:24 dixitque Micheas tu ipse uidebis in die illo quando ingressus fueris cubiculum de cubiculo ut abscondaris 18:25 praecepit autem rex Israhel dicens tollite Micheam et ducite eum ad Amon principem ciuitatis et ad Ioas filium Ammelech 18:26 et dicetis haec dicit rex mittite hunc in carcerem et date ei panis modicum et aquae pauxillum donec reuertar in pace 18:27 dixitque Micheas si reuersus fueris in pace non est locutus Dominus in me et ait audite populi omnes 18:28 igitur ascenderunt rex Israhel et Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad 18:29 dixitque rex Israhel ad Iosaphat mutabo habitum et sic ad pugnandum uadam tu autem induere uestibus tuis mutatoque

Liber II Paralipomenon

rex Israhel habitu uenit ad bellum 18:30 rex autem Syriae praeceperat ducibus equitatus sui dicens ne pugnetis contra minimum aut contra maximum nisi contra solum regem Israhel 18:31 itaque cum uidissent principes equitatus Iosaphat dixerunt rex Israhel iste est et circumdederunt eum dimicantes at ille clamauit ad Dominum et auxiliatus est ei atque auertit eos ab illo 18:32 cum enim uidissent duces equitatus quod non esset rex Israhel reliquerunt eum 18:33 accidit autem ut unus e populo sagittam in incertum iaceret et percuteret regem Israhel inter ceruicem et scapulas at ille aurigae suo ait conuerte manum tuam et educ me de acie quia uulneratus sum 18:34 et finita est pugna in die illo porro rex Israhel stabat in curru suo contra Syros usque ad uesperam et mortuus est occidente sole

19:1 reuersus est autem Iosaphat rex Iuda domum suam pacifice in Hierusalem 19:2 cui occurrit Hieu filius Anani uidens et ait ad eum impio praebes auxilium et his qui ode-runt Dominum amicitia iungeris et idcirco iram quidem Do-mini merebaris 19:3 sed bona opera inuenta sunt in te eo quod abstuleris lucos de terra Iuda et praeparaueris cor tuum ut requireres Dominum 19:4 habitauit ergo Iosaphat in Hie-rusalem rursumque egressus est ad populum de Bersabee usque ad montem Ephraim et reuocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum 19:5 constituitque iudices terrae in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca 19:6 et praeci-piens iudicibus uidete ait quid faciatis non enim ho-minis exercetis iudicium sed Domini et quodcumque iudi-caueritis in uos redundabit 19:7 sit timor Domini uobiscum et cum diligentia cuncta facite non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas nec personarum acceptio nec cu-pido munerum 19:8 in Hierusalem quoque constituit Iosa-phet Leuitas et sacerdotes et principes familiarum ex Israhel ut iudicium et causam Domini iudicarent habitatoribus eius

18:30 Now the king of Syria had commanded the captains of the chariots that were with him, saying, Fight ye not with small or great, save only with the king of Israel.

18:31 And it came to pass, when the captains of the chariots saw Jehoshaphat, that they said, It is the king of Israel. Therefore they compassed about him to fight: but Jehoshaphat cried out, and the LORD helped him; and God moved them to depart from him.

18:32 For it came to pass, that, when the captains of the chariots perceived that it was not the king of Israel, they turned back again from pursuing him.

18:33 And a certain man drew a bow at a venture, and smote the king of Israel between the joints of the harness: therefore he said to his chariot man, Turn thine hand, that thou mayest carry me out of the host; for I am wounded.

18:34 And the battle increased that day: howbeit the king of Israel stayed himself up in his chariot against the Syrians until the even: and about the time of the sun going down he died.

19:1 And Jehoshaphat the king of Judah returned to his house in peace to Jerusalem.

19:2 And Jehu the son of Hanani the seer went out to meet him, and said to king Jehoshaphat, Shouldest thou help the ungodly, and love them that hate the LORD? therefore is wrath upon thee from before the LORD.

19:3 Nevertheless there are good things found in thee, in that thou hast taken away the groves out of the land, and hast prepared thine heart to seek God.

19:4 And Jehoshaphat dwelt at Jerusalem: and he went out again through the people from Beersheba to mount Ephraim, and brought them back unto the LORD God of their fathers.

19:5 And he set judges in the land throughout all the fenced cities of Judah, city by city.

19:6 And said to the judges, Take heed what ye do: for ye judge not for man, but for the LORD, who is with you in the judgment.

19:7 Wherefore now let the fear of the LORD be upon you: take heed and do it: for there is no iniquity with the LORD our God, nor respect of persons, nor taking of gifts.

19:8 Moreover in Jerusalem did Jehoshaphat set of the Levites, and of the priests, and of the chief of the fathers of Israel, for the judgment of the LORD, and for controversies, when they returned to Jerusalem.

Biblia Sacra Vulgata

19:9 And he charged them, saying, Thus shall ye do in the fear of the LORD, faithfully, and with a perfect heart.

19:10 And what cause soever shall come to you of your brethren that dwell in your cities, between blood and blood, between law and commandment, statutes and judgments, ye shall even warn them that they trespass not against the LORD, and so wrath come upon you, and upon your brethren: this do, and ye shall not trespass.

19:11 And, behold, Amariah the chief priest is over you in all matters of the LORD; and Zebadiah the son of Ishmael, the ruler of the house of Judah, for all the king's matters: also the Levites shall be officers before you. Deal courageously, and the LORD shall be with the good.

20:1 It came to pass after this also, that the children of Moab, and the children of Ammon, and with them other beside the Ammonites, came against Jehoshaphat to battle.

20:2 Then there came some that told Jehoshaphat, saying, There cometh a great multitude against thee from beyond the sea on this side Syria; and, behold, they be in Hazontamar, which is Engedi.

20:3 And Jehoshaphat feared, and set himself to seek the LORD, and proclaimed a fast throughout all Judah.

20:4 And Judah gathered themselves together, to ask help of the LORD; even out of all the cities of Judah they came to seek the LORD.

20:5 And Jehoshaphat stood in the congregation of Judah and Jerusalem, in the house of the LORD, before the new court.

20:6 And said, O LORD God of our fathers, art not thou God in heaven? and rulest not thou over all the kingdoms of the heathen? and in thine hand is there not power and might, so that none is able to withstand thee?

20:7 Art not thou our God, who didst drive out the inhabitants of this land before thy people Israel, and gavest it to the seed of Abraham thy friend for ever?

20:8 And they dwelt therein, and have built thee a sanctuary therein for thy name, saying,

20:9 If, when evil cometh upon us, as the sword, judgment, or pestilence, or famine, we stand before this house, and in thy presence, (for thy name is in this house,) and cry unto thee in our affliction, then thou wilt hear and help.

19:9 praecepitque eis dicens sic agetis in timore Dei fideliter et corde perfecto 19:10 omnem causam quae uenerit ad uos fratrum uestrorum qui habitant in urbibus suis inter cognationem et cognationem ubicumque quaestio est de lege de mandato de caerimoniis de iustificationibus ostendite eis ut non peccent in Dominum et ne ueniat ira super uos et super fratres uestros sic ergo agetis et non peccabitis 19:11 Amarias autem sacerdos et pontifex uester in his quae ad Dominum pertinent praesidebit porro Zabadias filius Ismahel qui est dux in domo Iuda super ea opera erit quae ad regis officium pertinent habetisque magistros Leuitas coram uobis confortamini et agite diligenter et erit Dominus cum bonis

20:1 post haec congregati sunt filii Moab et filii Ammon et cum eis de Ammanitis ad Iosaphat ut pugnarent contra eum 20:2 ueneruntque nuntii et indicauerunt Iosaphat dicentes uenit contra te multitudo magna de his locis quae trans mare sunt et de Syria et ecce consistunt in Asasontamar quae est Engaddi 20:3 Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum et praedicauit ieiunium uniuerso Iuda 20:4 congregatusque Iudas ad precandum Dominum sed et omnes de urbibus suis uenerunt ad obsecrandum eum 20:5 cumque stetisset Iosaphat in medio coetu Iudae et Hierusalem in domo Domini ante atrium nouum 20:6 ait Domine Deus patrum nostrorum tu es Deus in caelo et dominaris cunctis regnis gentium in manu tua est fortitudo et potentia nec quisquam tibi potest resistere 20:7 nonne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terrae huius coram populo tuo Israhel et dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum 20:8 habitaueruntque in ea et extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo dicentes 20:9 si inruerint super nos mala gladius iudicii pestilentia et fames stabimus coram domo hac in conspectu tuo in qua inuocatum est nomen tuum et clamabimus ad te in tribulationibus

Liber II Paralipomenon

nostris et exaudies saluosque facies 20:10 nunc igitur ecce filii Ammon et Moab et mons Seir per quos non concessisti Israheli ut transirent quando egrediebantur de Aegypto sed declinauerunt ab eis et non interfecerunt illos 20:11 e contrario agunt et nituntur eicere nos de possessione quam tradidisti nobis 20:12 Deus noster ergo non iudicabis eos in nobis quidem non tanta est fortitudo ut possimus huic multitudini resistere quae inruit super nos sed cum ignoremus quid agere debeamus hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te 20:13 omnis uero Iuda stabat coram Domino cum paruulis et uxoribus et liberis suis 20:14 erat autem Hiazihel filius Zacchariae filii Banaiae filii Hiehihel filii Mathaniae Leuites de filiis Asaph super quem factus est spiritus Domini in medio turbae 20:15 et ait adtendite omnis Iuda et qui habitatis Hierusalem et tu rex Iosaphat haec dicit Dominus uobis nolite timere nec paueatis hanc multitudinem non est enim uestra pugna sed Dei 20:16 cras descendetis contra eos ascensuri enim sunt per cliuum nomine Sis et inuenietis illos in summitate torrentis qui est contra solitudinem Hieruhel 20:17 non eritis uos qui dimicabitis sed tantummodo confidenter state et uidebitis auxilium Domini super uos o Iuda et Hierusalem nolite timere nec paueatis cras egredimini contra eos et Dominus erit uobiscum 20:18 Iosaphat ergo et Iuda et omnes habitatores Hierusalem ceciderunt proni in terram coram Domino et adorauerunt eum 20:19 porro Leuitae de filiis Caath et de filiis Core laudabant Dominum Deum Israhel uoce magna in excelsum 20:20 cumque mane surrexissent egressi sunt per desertum Thecuae profectisque eis stans Iosaphat in medio eorum dixit audite me Iuda et omnes habitatores Hierusalem credite in Domino Deo uestro et securi eritis credite prophetis eius et cuncta euenient prospera 20:21 deditque consilium populo et statuit cantores Domini ut laudarent eum in turmis suis

20:10 And now, behold, the children of Ammon and Moab and mount Seir, whom thou wouldst not let Israel invade, when they came out of the land of Egypt, but they turned from them, and destroyed them not;

20:11 Behold, I say, how they reward us, to come to cast us out of thy possession, which thou hast given us to inherit.

20:12 O our God, wilt thou not judge them? for we have no might against this great company that cometh against us: neither know we what to do: but our eyes are upon thee.

20:13 And all Judah stood before the LORD, with their little ones, their wives, and their children.

20:14 Then upon Jahaziel the son of Zechariah, the son of Benaiah, the son of Jeiel, the son of Mattaniah, a Levite of the sons of Asaph, came the Spirit of the LORD in the midst of the congregation;

20:15 And he said, Hearken ye, all Judah, and ye inhabitants of Jerusalem, and thou king Jehoshaphat, Thus saith the LORD unto you, Be not afraid nor dismayed by reason of this great multitude; for the battle is not yours, but God's.

20:16 To morrow go ye down against them: behold, they come up by the cliff of Ziz; and ye shall find them at the end of the brook, before the wilderness of Jeruel.

20:17 Ye shall not need to fight in this battle: set yourselves, stand ye still, and see the salvation of the LORD with you, O Judah and Jerusalem: fear not, nor be dismayed; to morrow go out against them: for the LORD will be with you.

20:18 And Jehoshaphat bowed his head with his face to the ground: and all Judah and the inhabitants of Jerusalem fell before the LORD, worshipping the LORD.

20:19 And the Levites, of the children of the Kohathites, and of the children of the Korhites, stood up to praise the LORD God of Israel with a loud voice on high.

20:20 And they rose early in the morning, and went forth into the wilderness of Tekoa: and as they went forth, Jehoshaphat stood and said, Hear me, O Judah, and ye inhabitants of Jerusalem: Believe in the LORD your God, so shall ye be established; believe his prophets, so shall ye prosper.

20:21 And when he had consulted with the people, he appointed singers unto the LORD, and that should praise the beauty of holiness, as they went out before the army, and to say, Praise the LORD; for his mercy endureth for ever.

Biblia Sacra Vulgata

20:22 And when they began to sing and to praise, the LORD set ambushments against the children of Ammon, Moab, and mount Seir, which were come against Judah; and they were smitten.

20:23 For the children of Ammon and Moab stood up against the inhabitants of mount Seir, utterly to slay and destroy them: and when they had made an end of the inhabitants of Seir, every one helped to destroy another.

20:24 And when Judah came toward the watch tower in the wilderness, they looked unto the multitude, and, behold, they were dead bodies fallen to the earth, and none escaped.

20:25 And when Jehoshaphat and his people came to take away the spoil of them, they found among them in abundance both riches with the dead bodies, and precious jewels, which they stripped off for themselves, more than they could carry away: and they were three days in gathering of the spoil, it was so much.

20:26 And on the fourth day they assembled themselves in the valley of Berachah; for there they blessed the LORD: therefore the name of the same place was called, The valley of Berachah, unto this day.

20:27 Then they returned, every man of Judah and Jerusalem, and Jehoshaphat in the forefront of them, to go again to Jerusalem with joy; for the LORD had made them to rejoice over their enemies.

20:28 And they came to Jerusalem with psalteries and harps and trumpets unto the house of the LORD.

20:29 And the fear of God was on all the kingdoms of those countries, when they had heard that the LORD fought against the enemies of Israel.

20:30 So the realm of Jehoshaphat was quiet: for his God gave him rest round about.

20:31 And Jehoshaphat reigned over Judah: he was thirty and five years old when he began to reign, and he reigned twenty and five years in Jerusalem. And his mother's name was Azubah the daughter of Shilhi.

20:32 And he walked in the way of Asa his father, and departed not from it, doing that which was right in the sight of the LORD.

20:33 Howbeit the high places were not taken away: for as yet the people had not prepared their hearts unto the God of their fathers.

et antecederent exercitum ac uoce consona dicerent confite-
mini Domino quoniam in aeternum misericordia eius 20:22
cumque coepissent laudes canere uertit Dominus insidias
eorum in semet ipsos filiorum scilicet Ammon et Moab et
montis Seir qui egressi fuerant ut pugnarent contra Iudam et
percussi sunt 20:23 namque filii Ammon et Moab consur-
rexerunt aduersum habitatores montis Seir ut interficerent et
deherent eos cumque hoc opere perpetrassent etiam in semet
ipsos uersi mutuis concidere uulneribus 20:24 porro Iudas
cum uenisset ad speculam quae respicit solitudinem uidit
procul omnem late regionem plenam cadaueribus nec supe-
resse quemquam qui necem potuisset euadere 20:25 uenit
ergo Iosaphat et omnis populus cum eo ad detrahenda spolia
mortuorum inueneruntque inter cadauera uariam supellecti-
lem uestes quoque et uasa pretiosissima et diripuerunt ita ut
omnia portare non possent nec per tres dies spolia auferre
pro praedae magnitudine 20:26 die autem quarto congregati
sunt in ualle Benedictionis etenim quoniam ibi benedi-
xerant Domino uocauerunt locum illum uallis Benedictionis
usque in praesentem diem 20:27 reuersusque est omnis
uir Iuda et habitatores Hierusalem et Iosaphat ante eos in
Hierusalem cum laetitia magna eo quod dedisset eis Domi-
nus gaudium de inimicis suis 20:28 ingressique sunt Hieru-
salem cum psalteriis et citharis et tubis in domum Domini
20:29 inruit autem pauor Domini super uniuersa regna terra-
rum cum audissent quod pugnasset Dominus contra inimicos
Israhel 20:30 quieuitque regnum Iosaphat et praebuit ei De-
us pacem per circuitum 20:31 regnauit igitur Iosaphat super
Iudam et erat triginta quinque annorum cum regnare coepis-
set uiginti autem et quinque annis regnauit in Hierusalem
nomen matris eius Azuba filia Selachi 20:32 et ambulauit
in uia patris sui Asa nec declinauit ab ea faciens quae placita
erant coram Domino 20:33 uerumtamen excelsa non abs-

Liber II Paralipomenon

tulit et adhuc populus non direxerat cor suum ad Dominum Deum patrum suorum 20:34 reliqua autem gestorum Iosaphat priorum et nouissimorum scripta sunt in uerbis Hieu filii Anani quae digessit in libro regum Israhel 20:35 post haec iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israhel cuius opera fuerunt impiissima 20:36 et particeps fuit ut facerent naues quae irent in Tharsis feceruntque classem in Asiongaber 20:37 prophetauit autem Eliezer filius Do doau de Maresa ad Iosaphat dicens quia habuisti foedus cum Ochozia percussit Dominus opera tua contritaeque sunt naues nec potuerunt ire in Tharsis

21:1 dormiuit autem Iosaphat cum patribus suis et sepultus est cum eis in ciuitate Dauid regnauitque Ioram filius eius pro eo 21:2 qui habuit fratres filios Iosaphat Azariam et Hiahihel et Zacchariam et Azariam et Michahel et Saphatiam omnes hii filii Iosaphat regis Israhel 21:3 deditque eis pater suus multa munera argenti et auri et pensitationes cum ciuitatibus munitissimis in Iuda regnum autem tradidit Ioram eo quod esset primogenitus 21:4 surrexit ergo Ioram super regnum patris sui cumque se confirmasset occidit omnes fratres suos gladio et quosdam de principibus Israhel 21:5 triginta duo annorum erat Ioram cum regnare coepisset et octo annis regnauit in Hierusalem 21:6 ambulauitque in uis regum Israhel sicut egerat domus Ahab filia quippe Ahab erat uxor eius et fecit malum in conspectu Domini 21:7 noluit autem Dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo et quia promiserat ut daret illi lucernam et filiis eius omni tempore 21:8 in diebus illis rebellauit Edom ne esset subditus Iudae et constituit sibi regem 21:9 cumque transisset Ioram cum principibus suis et cuncto equitatu qui erat secum surrexit nocte et percussit Edom qui se circumdederat et omnes duces equitatus eius 21:10 attamen rebellauit Edom ne esset sub ditione Iuda us-

20:34 Now the rest of the acts of Jehoshaphat, first and last, behold, they are written in the book of Jehu the son of Hanani, who is mentioned in the book of the kings of Israel.

20:35 And after this did Jehoshaphat king of Judah join himself with Ahaziah king of Israel, who did very wickedly:

20:36 And he joined himself with him to make ships to go to Tarshish: and they made the ships in Eziongaber.

20:37 Then Eliezer the son of Dodavah of Mareshah prophesied against Jehoshaphat, saying, Because thou hast joined thyself with Ahaziah, the LORD hath broken thy works. And the ships were broken, that they were not able to go to Tarshish.

21:1 Now Jehoshaphat slept with his fathers, and was buried with his fathers in the city of David. And Jehoram his son reigned in his stead.

21:2 And he had brethren the sons of Jehoshaphat, Azariah, and Jehiel, and Zechariah, and Azariah, and Michael, and Shephatiah: all these were the sons of Jehoshaphat king of Israel.

21:3 And their father gave them great gifts of silver, and of gold, and of precious things, with fenced cities in Judah: but the kingdom gave he to Jehoram; because he was the firstborn.

21:4 Now when Jehoram was risen up to the kingdom of his father, he strengthened himself, and slew all his brethren with the sword, and divers also of the princes of Israel.

21:5 Jehoram was thirty and two years old when he began to reign, and he reigned eight years in Jerusalem.

21:6 And he walked in the way of the kings of Israel, like as did the house of Ahab: for he had the daughter of Ahab to wife: and he wrought that which was evil in the eyes of the LORD.

21:7 Howbeit the LORD would not destroy the house of David, because of the covenant that he had made with David, and as he promised to give a light to him and to his sons for ever.

21:8 In his days the Edomites revolted from under the dominion of Judah, and made themselves a king.

21:9 Then Jehoram went forth with his princes, and all his chariots with him: and he rose up by night, and smote the Edomites which compassed him in, and the captains of the chariots.

21:10 So the Edomites revolted from under the hand of Judah unto this day. The same time also did Libnah revolt from under his hand; because he had forsaken the LORD God of his fathers.

Biblia Sacra Vulgata

21:11 Moreover he made high places in the mountains of Judah and caused the inhabitants of Jerusalem to commit fornication, and compelled Judah thereto.

21:12 And there came a writing to him from Elijah the prophet, saying, Thus saith the LORD God of David thy father, Because thou hast not walked in the ways of Jehoshaphat thy father, nor in the ways of Asa king of Judah,

21:13 But hast walked in the way of the kings of Israel, and hast made Judah and the inhabitants of Jerusalem to go a whoring, like to the whoredoms of the house of Ahab, and also hast slain thy brethren of thy father's house, which were better than thyself:

21:14 Behold, with a great plague will the LORD smite thy people, and thy children, and thy wives, and all thy goods:

21:15 And thou shalt have great sickness by disease of thy bowels, until thy bowels fall out by reason of the sickness day by day.

21:16 Moreover the LORD stirred up against Jehoram the spirit of the Philistines, and of the Arabians, that were near the Ethiopians:

21:17 And they came up into Judah, and brake into it, and carried away all the substance that was found in the king's house, and his sons also, and his wives; so that there was never a son left him, save Jehoahaz, the youngest of his sons.

21:18 And after all this the LORD smote him in his bowels with an incurable disease.

21:19 And it came to pass, that in process of time, after the end of two years, his bowels fell out by reason of his sickness: so he died of sore diseases. And his people made no burning for him, like the burning of his fathers.

21:20 Thirty and two years old was he when he began to reign, and he reigned in Jerusalem eight years, and departed without being desired. Howbeit they buried him in the city of David, but not in the sepulchres of the kings.

22:1 And the inhabitants of Jerusalem made Ahaziah his youngest son king in his stead: for the band of men that came with the Arabians to the camp had slain all the eldest. So Ahaziah the son of Jehoram king of Judah reigned.

que ad hanc diem eo tempore et Lobna recessit ne esset sub manu illius dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum 21:11 insuper et excelsa fabricatus est in urbibus Iuda et fornicari fecit habitatores Hierusalem et praeuaricari Iudam 21:12 adlatae sunt autem ei litterae ab Helia propheta in quibus scriptum erat haec dicit Dominus Deus Dauid patris tui quoniam non ambulasti in uis Iosaphat patris tui et in uis Asa regis Iuda 21:13 sed incessisti per iter regum Israhel et fornicari fecisti Iudam et habitatores Hierusalem imitatus fornicationem domus Ahab insuper et fratres tuos domum patris tui meliores te occidisti 21:14 ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo et filiis et uxoribus tuis uniuersaque substantia tua 21:15 tu autem aegrotabis pessimo languore uteri donec egrediantur uitalia tua paulatim per dies singulos 21:16 suscitauit ergo Dominus contra Ioram spiritum Philistinorum et Arabum qui confines sunt Aethiopibus 21:17 et ascenderunt in terram Iuda et uastaauerunt eam diripueruntque cunctam substantiam quae inuenta est in domo regis insuper et filios eius et uxores nec remansit ei filius nisi Ioachaz qui minimus natus erat 21:18 et super haec omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili 21:19 cumque diei succederet dies et temporum spatia uoluerentur duorum annorum expletus est circulus et sic longa consumptus tabe ita ut egereret etiam uiscera sua languore pariter et uita caruit mortuusque est in infirmitate pessima et non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias sicut fecerat maioribus eius 21:20 triginta duum annorum fuit cum regnare coepisset et octo annis regnauit in Hierusalem ambulauitque non recte et sepelierunt eum in ciuitate Dauid uerumtamen non in sepulchro regum

22:1 constituerunt autem habitatores Hierusalem Ochoziam filium eius minimum regem pro eo omnes enim maiores nati qui ante eum fuerant interfecerant latrones Arabum

Liber II Paralipomenon

qui inruerant in castra regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda 22:2 filius quadraginta duo annorum erat Ochozias cum regnare coepisset et uno anno regnauit in Hierusalem nomen matris eius Otholia filia Amri 22:3 sed et ipse ingressus est per uias domus Ahab mater enim eius inpulit eum ut impie ageret 22:4 fecit igitur malum in conspectu Domini sicut domus Ahab ipsi enim fuerunt ei consiliarii post mortem patris sui in interitum eius 22:5 ambulauitque in consiliis eorum et perrexit cum Ioram filio Ahab rege Israel in bellum contra Azahel regem Syriae in Ramoth Galaad uulneraueruntque Syri Ioram 22:6 qui reuersus est ut curaretur in Hiezrahel multas enim plagas acceperat in supradicto certamine igitur Azarias filius Ioram rex Iuda descendit ut inuiseret Ioram filium Ahab in Hiezrahel aegrotantem 22:7 uoluntatis quippe fuit Dei aduersum Ochoziam ut ueniret ad Ioram et cum uenisset egrederetur cum eo aduersum Hieu filium Namsi quem unxit Dominus ut deleret domum Ahab 22:8 cum ergo subuerteret Hieu domum Ahab inuenit principes Iuda et filios fratrum Ochoziae qui ministrabant ei et interfecit illos 22:9 ipsumque perquirens Ochoziam comprehendit latentem in Samaria adductumque ad se occidit et sepelierunt eum eo quod esset filius Iosaphat qui quaesierat Dominum in toto corde suo nec erat ultra spes aliqua ut de stirpe regnaret Ochoziae 22:10 siquidem Otholia mater eius uidens quod mortuus esset filius suus surrexit et interfecit omnem stirpem regiam domus Ioram 22:11 porro Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziae et furata est eum de medio filiorum regis cum interficerentur absconditque cum nutrice sua in cubiculo lectulorum Iosabeth autem quae absconderat eum erat filia regis Ioram uxor Ioiadae pontificis soror Ochoziae et idcirco Otholia non interfecit eum 22:12 fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis quibus regnauit Otholia super terram

22:2 Forty and two years old was Ahaziah when he began to reign, and he reigned one year in Jerusalem. His mother's name also was Athaliah the daughter of Omri.

22:3 He also walked in the ways of the house of Ahab: for his mother was his counsellor to do wickedly.

22:4 Wherefore he did evil in the sight of the LORD like the house of Ahab: for they were his counsellors after the death of his father to his destruction.

22:5 He walked also after their counsel, and went with Jehoram the son of Ahab king of Israel to war against Hazael king of Syria at Ramothgilead: and the Syrians smote Jehoram.

22:6 And he returned to be healed in Jezreel because of the wounds which were given him at Ramah, when he fought with Hazael king of Syria. And Azariah the son of Jehoram king of Judah went down to see Jehoram the son of Ahab at Jezreel, because he was sick.

22:7 And the destruction of Ahaziah was of God by coming to Jehoram: for when he was come, he went out with Jehoram against Jehu the son of Nimshi, whom the LORD had anointed to cut off the house of Ahab.

22:8 And it came to pass, that, when Jehu was executing judgment upon the house of Ahab, and found the princes of Judah, and the sons of the brethren of Ahaziah, that ministered to Ahaziah, he slew them.

22:9 And he sought Ahaziah: and they caught him, (for he was hid in Samaria,) and brought him to Jehu: and when they had slain him, they buried him: Because, said they, he is the son of Jehoshaphat, who sought the LORD with all his heart. So the house of Ahaziah had no power to keep still the kingdom.

22:10 But when Athaliah the mother of Ahaziah saw that her son was dead, she arose and destroyed all the seed royal of the house of Judah.

22:11 But Jehoshabeath, the daughter of the king, took Joash the son of Ahaziah, and stole him from among the king's sons that were slain, and put him and his nurse in a bedchamber. So Jehoshabeath, the daughter of king Jehoram, the wife of Jehoiada the priest, (for she was the sister of Ahaziah,) hid him from Athaliah, so that she slew him not.

22:12 And he was with them hid in the house of God six years: and Athaliah reigned over the land.

Biblia Sacra Vulgata

23:1 And in the seventh year Jehoiada strengthened himself, and took the captains of hundreds, Azariah the son of Jeroham, and Ishmael the son of Jehohanan, and Azariah the son of Obed, and Maaseiah the son of Adajiah, and Elisaphat the son of Zichri, into covenant with him.

23:2 And they went about in Judah, and gathered the Levites out of all the cities of Judah, and the chief of the fathers of Israel, and they came to Jerusalem.

23:3 And all the congregation made a covenant with the king in the house of God. And he said unto them, Behold, the king's son shall reign, as the LORD hath said of the sons of David.

23:4 This is the thing that ye shall do; A third part of you entering on the sabbath, of the priests and of the Levites, shall be porters of the doors;

23:5 And a third part shall be at the king's house; and a third part at the gate of the foundation: and all the people shall be in the courts of the house of the LORD.

23:6 But let none come into the house of the LORD, save the priests, and they that minister of the Levites; they shall go in, for they are holy: but all the people shall keep the watch of the LORD.

23:7 And the Levites shall compass the king round about, every man with his weapons in his hand; and whosoever else cometh into the house, he shall be put to death: but be ye with the king when he cometh in, and when he goeth out.

23:8 So the Levites and all Judah did according to all things that Jehoiada the priest had commanded, and took every man his men that were to come in on the sabbath, with them that were to go out on the sabbath: for Jehoiada the priest dismissed not the courses.

23:9 Moreover Jehoiada the priest delivered to the captains of hundreds spears, and bucklers, and shields, that had been king David's, which were in the house of God.

23:10 And he set all the people, every man having his weapon in his hand, from the right side of the temple to the left side of the temple, along by the altar and the temple, by the king round about.

23:11 Then they brought out the king's son, and put upon him the crown, and gave him the testimony, and made him king. And Jehoiada and his sons anointed him, and said, God save the king.

23:1 anno autem septimo confortatus Ioiadae adsumpsit centuriones Azariam uidelicet filium Hieroam et Ismahel filium Iohanan Azariam quoque filium Oded et Maasiam filium Adaiæ et Elisaphat filium Zechri et iniit cum eis foedus 23:2 qui circumeuntes Iudam congregauerunt Leuitas de cunctis urbibus Iuda et principes familiarum Israhel ueneruntque in Hierusalem 23:3 iniit igitur omnis multitudo pactum in domo Domini cum rege dixitque ad eos Ioiadae ecce filius regis regnabit sicut locutus est Dominus super filios Daud 23:4 iste est ergo sermo quem facietis 23:5 tertia pars uestrum qui ueniunt ad sabbatum sacerdotum et Leuitarum et ianitorum erit in portis tertia uero pars ad domum regis et tertia in porta quae appellatur Fundamenti omne uero reliquum uulgus sit in atriis domus Domini 23:6 nec quisquam alius ingrediatur domum Domini nisi sacerdotes et qui ministrant de Leuitis ipsi tantummodo ingrediantur quia sanctificati sunt et omne reliquum uulgus obseruet custodias Domini 23:7 Leuitae autem circumdent regem habentes singuli arma sua et si quis alius ingressus fuerit templum interficiatur sintque cum rege et intrante et egrediente 23:8 fecerunt igitur Leuitae et uniuersus Iuda iuxta omnia quae praeceperat Ioiadae pontifex et adsumpserunt singuli uiros qui sub se erant et ueniebant per ordinem sabbati cum his qui iam impleuerant sabbatum et egressuri erant siquidem Ioiadae pontifex non dimiserat abire turmas quae sibi per singulas ebdomadas succedere consueuerant 23:9 deditque Ioiadae sacerdos centurionibus lanceas clypeosque et peltas regis Daud quas consecrauerat in domo Domini 23:10 constituitque omnem populum tenentium pugiones a parte templi dextra usque ad partem templi sinistram coram altari et templo per circuitum regis 23:11 et eduxerunt filium regis et inposuerunt ei diadema dederuntque in manu eius tenendam legem et constituerunt eum regem unxit quo-

Liber II Paralipomenon

que illum Ioiadae pontifex et filii eius inprecatique sunt atque dixerunt uiuat rex 23:12 quod cum audisset Otholia uocem scilicet currentium atque laudantium regem ingressa est ad populum in templum Domini 23:13 cumque uidisset regem stantem super gradum in introitu et principes turmasque circa eum omnem quoque populum terrae gaudentem atque clangentem tubis et diuersi generis organis concinentem uocemque laudantium scidit uestimenta sua et ait insidiae insidiae 23:14 egressus autem Ioiadae pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis educite illam extra septa templi et interficiatur foris gladio praecepitque sacerdos ne occideretur in domo Domini 23:15 et inposuerunt ceruicibus eius manus cumque intrasset portam Equorum domus regis interfecerunt eam ibi 23:16 pepigit autem Ioiadae foedus inter se uniuersumque populum et regem ut esset populus Domini 23:17 itaque ingressus est omnis populus domum Baal et destruxerunt eam et altaria ac simulacra illius confregerunt Matthan quoque sacerdotem Baal interfecerunt ante aras 23:18 constituit autem Ioiadae praepositos in domo Domini et sub manibus sacerdotum ac Leuitarum quos distribuit Daud in domo Domini ut offerrent holocausta Domino sicut scriptum est in lege Mosi in gaudio et canticis iuxta dispositionem Daud 23:19 constituit quoque ianitores in portis domus Domini ut non ingrederetur eam inmundus in omni re 23:20 adsumpsitque centuriones et fortissimos uiros ac principes populi et omne uulgus terrae et fecerunt descendere regem de domo Domini et introire per medium portae superioris in domum regis et conlocauerunt eum in solio regali 23:21 laetatusque est omnis populus terrae et urbs quieuit porro Otholia interfecta est gladio

24:1 septem annorum erat Ioas cum regnare coepisset et quadraginta annis regnauit in Hierusalem nomen matris eius Sebia de Bersabee 24:2 fecitque quod bonum est coram

23:12 Now when Athaliah heard the noise of the people running and praising the king, she came to the people into the house of the LORD:

23:13 And she looked, and, behold, the king stood at his pillar at the entering in, and the princes and the trumpets by the king: and all the people of the land rejoiced, and sounded with trumpets, also the singers with instruments of musick, and such as taught to sing praise. Then Athaliah rent her clothes, and said, Treason, Treason.

23:14 Then Jehoiada the priest brought out the captains of hundreds that were set over the host, and said unto them, Have her forth of the ranges: and whoso followeth her, let him be slain with the sword. For the priest said, Slay her not in the house of the LORD.

23:15 So they laid hands on her; and when she was come to the entering of the horse gate by the king's house, they slew her there.

23:16 And Jehoiada made a covenant between him, and between all the people, and between the king, that they should be the LORD's people.

23:17 Then all the people went to the house of Baal, and brake it down, and brake his altars and his images in pieces, and slew Matthan the priest of Baal before the altars.

23:18 Also Jehoiada appointed the offices of the house of the LORD by the hand of the priests the Levites, whom David had distributed in the house of the LORD, to offer the burnt offerings of the LORD, as it is written in the law of Moses, with rejoicing and with singing, as it was ordained by David.

23:19 And he set the porters at the gates of the house of the LORD, that none which was unclean in any thing should enter in.

23:20 And he took the captains of hundreds, and the nobles, and the governors of the people, and all the people of the land, and brought down the king from the house of the LORD: and they came through the high gate into the king's house, and set the king upon the throne of the kingdom.

23:21 And all the people of the land rejoiced: and the city was quiet, after that they had slain Athaliah with the sword.

24:1 Joash was seven years old when he began to reign, and he reigned forty years in Jerusalem. His mother's name also was Zibiah of Beersheba.

24:2 And Joash did that which was right in the sight of the LORD all the days of Jehoiada the priest.

Biblia Sacra Vulgata

24:3 And Jehoiada took for him two wives; and he begat sons and daughters.

24:4 And it came to pass after this, that Joash was minded to repair the house of the LORD.

24:5 And he gathered together the priests and the Levites, and said to them, Go out unto the cities of Judah, and gather of all Israel money to repair the house of your God from year to year, and see that ye hasten the matter. Howbeit the Levites hastened it not.

24:6 And the king called for Jehoiada the chief, and said unto him, Why hast thou not required of the Levites to bring in out of Judah and out of Jerusalem the collection, according to the commandment of Moses the servant of the LORD, and of the congregation of Israel, for the tabernacle of witness?

24:7 For the sons of Athaliah, that wicked woman, had broken up the house of God; and also all the dedicated things of the house of the LORD did they bestow upon Baalim.

24:8 And at the king's commandment they made a chest, and set it without at the gate of the house of the LORD.

24:9 And they made a proclamation through Judah and Jerusalem, to bring in to the LORD the collection that Moses the servant of God laid upon Israel in the wilderness.

24:10 And all the princes and all the people rejoiced, and brought in, and cast into the chest, until they had made an end.

24:11 Now it came to pass, that at what time the chest was brought unto the king's office by the hand of the Levites, and when they saw that there was much money, the king's scribe and the high priest's officer came and emptied the chest, and took it, and carried it to his place again. Thus they did day by day, and gathered money in abundance.

24:12 And the king and Jehoiada gave it to such as did the work of the service of the house of the LORD, and hired masons and carpenters to repair the house of the LORD, and also such as wrought iron and brass to mend the house of the LORD.

24:13 So the workmen wrought, and the work was perfected by them, and they set the house of God in his state, and strengthened it.

Domino cunctis diebus Ioiadae sacerdotis 24:3 accepit autem ei Ioiadae uxores duas e quibus genuit filios et filias 24:4 post quae placuit Ioas ut instauraret domum Domini 24:5 congregauitque sacerdotes et Leuitas et dixit eis egredimini ad ciuitates Iuda et colligite de uniuerso Israhel pecuniam ad sarta tecta templi Dei uestri per singulos annos festinatoque hoc facite porro Leuitae egere neglegentius 24:6 uocauitque rex Ioiadae principem et dixit ei quare non tibi fuit curae ut cogeres Leuitas inferre de Iuda et de Hierusalem pecuniam quae constituta est a Mose seruo Domini ut inferret eam omnis multitudo Israhel in tabernaculum testimonii 24:7 Otholia enim impiissima et filii eius destruxerunt domum Domini et de uniuersis quae sanctificata fuerant templo Domini ornauerunt fanum Baalim 24:8 praecepit ergo rex et fecerunt arcam posueruntque eam iuxta portam domus Domini forinsecus 24:9 et praedicatum est in Iuda et Hierusalem ut deferrent singuli pretium Domino quod constituit Moses seruus Dei super omnem Israhel in deserto 24:10 laetatique sunt cuncti principes et omnis populus et ingressi contulerunt in arcam Domini atque miserunt ita ut impleretur 24:11 cumque tempus esset ut deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum uidebant enim multam pecuniam ingrediebatur scriba regis et quem primus sacerdos constituerat effundebantque pecuniam quae erat in arca porro arcam reportabant ad locum suum sicque faciebant per singulos dies et congregata est infinita pecunia 24:12 quam dederunt rex et Ioiada his qui praeerant operibus domus Domini at illi conducebant ex ea caesores lapidum et artifices operum singulorum ut instaurarent domum Domini fabros quoque ferri et aeris ut quod cadere coeperat fulciretur 24:13 egeruntque hii qui operabantur industrie et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum ac suscitauerunt domum Domini in statum pristinum et firme eam

Liber II Paralipomenon

stare fecerunt 24:14 cumque complessent omnia opera detulerunt coram rege et Ioiadae reliquam partem pecuniae de qua facta sunt uasa templi in ministerium et ad holocausta fialae quoque et cetera uasa aurea et argentea et offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadae 24:15 senuit autem Ioiadae plenus dierum et mortuus est cum centum triginta esset annorum 24:16 sepelieruntque eum in ciuitate Dauid cum regibus eo quod fecisset bonum cum Israel et cum domo eius 24:17 postquam autem obiit Ioiada ingressi sunt principes Iuda et adorauerunt regem qui delinitus obsequiis eorum adqueiuit eis 24:18 et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum seruieruntque lucis et sculptilibus et facta est ira contra Iudam et Hierusalem propter hoc peccatum 24:19 mittebatque eis prophetas ut reuerterentur ad Dominum quos protestantes illi audire nolebant 24:20 spiritus itaque Dei induit Zacchariam filium Ioiadae sacerdotem et stetit in conspectu populi et dixit eis haec dicit Dominus quare transgredimini praeceptum Domini quod uobis non prodegit et dereliquistis Dominum ut derelinqueret uos 24:21 qui congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini 24:22 et non est recordatus Ioas rex misericordiae quam fecerat Ioiadae pater illius secum sed interfecit filium eius qui cum moretetur ait uideat Dominus et requirat 24:23 cumque euolutus esset annus ascendit contra eum exercitus Syriae uenitque in Iudam et Hierusalem et interfecit cunctos principes populi atque uniuersam praedam miserunt regi Damascum 24:24 et certe cum permodicus uenisset numerus Syrorum tradidit Dominus manibus eorum infinitam multitudinem eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum in Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia 24:25 et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis surrexerunt autem contra eum serui sui in ultionem sanguinis filii Ioiadae sacerdotis et

24:14 And when they had finished it, they brought the rest of the money before the king and Jehoiada, whereof were made vessels for the house of the LORD, even vessels to minister, and to offer withal, and spoons, and vessels of gold and silver. And they offered burnt offerings in the house of the LORD continually all the days of Jehoiada.

24:15 But Jehoiada waxed old, and was full of days when he died; an hundred and thirty years old was he when he died.

24:16 And they buried him in the city of David among the kings, because he had done good in Israel, both toward God, and toward his house.

24:17 Now after the death of Jehoiada came the princes of Judah, and made obeisance to the king. Then the king hearkened unto them.

24:18 And they left the house of the LORD God of their fathers, and served groves and idols; and wrath came upon Judah and Jerusalem for this their trespass.

24:19 Yet he sent prophets to them, to bring them again unto the LORD; and they testified against them: but they would not give ear.

24:20 And the Spirit of God came upon Zechariah the son of Jehoiada the priest, which stood above the people, and said unto them, Thus saith God, Why transgress ye the commandments of the LORD, that ye cannot prosper? because ye have forsaken the LORD, he hath also forsaken you.

24:21 And they conspired against him, and stoned him with stones at the commandment of the king in the court of the house of the LORD.

24:22 Thus Joash the king remembered not the kindness which Jehoiada his father had done to him, but slew his son. And when he died, he said, The LORD look upon it, and require it.

24:23 And it came to pass at the end of the year, that the host of Syria came up against him: and they came to Judah and Jerusalem, and destroyed all the princes of the people from among the people, and sent all the spoil of them unto the king of Damascus.

24:24 For the army of the Syrians came with a small company of men, and the LORD delivered a very great host into their hand, because they had forsaken the LORD God of their fathers. So they executed judgment against Joash.

24:25 And when they were departed from him, (for they left him in great diseases,) his own servants conspired against him for the blood of the sons of Jehoiada the priest, and slew him on his bed, and he died: and they buried him in the city of David, but they buried him not in the sepulchres of the kings.

Biblia Sacra Vulgata

occiderunt eum in lectulo suo et mortuus est sepelieruntque eum in ciuitate Dauid sed non in sepulchris regum 24:26 insidiati uero sunt ei Zabath filius Semath Ammanitidis et Iozabath filius Semarith Moabitidis 24:27 porro filii eius ac summa pecuniae quae adunata fuerat sub eo et instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in libro regum regnauitque Amasias filius eius pro eo

24:26 And these are they that conspired against him; Zabab the son of Shimeath an Ammonitess, and Jehozabad the son of Shimrith a Moabiteess.

24:27 Now concerning his sons, and the greatness of the burdens laid upon him, and the repairing of the house of God, behold, they are written in the story of the book of the kings. And Amaziah his son reigned in his stead.

25:1 Amaziah was twenty and five years old when he began to reign, and he reigned twenty and nine years in Jerusalem. And his mother's name was Jehoaddan of Jerusalem.

25:2 And he did that which was right in the sight of the LORD, but not with a perfect heart.

25:3 Now it came to pass, when the kingdom was established to him, that he slew his servants that had killed the king his father.

25:4 But he slew not their children, but did as it is written in the law in the book of Moses, where the LORD commanded, saying, The fathers shall not die for the children, neither shall the children die for the fathers, but every man shall die for his own sin.

25:5 Moreover Amaziah gathered Judah together, and made them captains over thousands, and captains over hundreds, according to the houses of their fathers, throughout all Judah and Benjamin: and he numbered them from twenty years old and above, and found them three hundred thousand choice men, able to go forth to war, that could handle spear and shield.

25:6 He hired also an hundred thousand mighty men of valour out of Israel for an hundred talents of silver.

25:7 But there came a man of God to him, saying, O king, let not the army of Israel go with thee: for the LORD is not with Israel, to wit, with all the children of Ephraim.

25:8 But if thou wilt go, do it; be strong for the battle: God shall make thee fall before the enemy: for God hath power to help, and to cast down.

25:9 And Amaziah said to the man of God, But what shall we do for the hundred talents which I have given to the army of Israel? And the man of God answered, The LORD is able to give thee much more than this.

25:10 Then Amaziah separated them, to wit, the army that was come to him out of Ephraim, to go home again: wherefore their anger was greatly kindled against Judah, and they returned home in great anger.

25:11 And Amaziah strengthened himself, and led forth his people, and went to the valley of salt, and smote of the children of Seir ten thousand.

25:1 uiginti quinque annorum erat Amasias cum regnare coepisset et uiginti nouem annis regnauit in Hierusalem nomen matris eius Ioaden de Hierusalem 25:2 fecitque bonum in conspectu Domini uerumtamen non in corde perfecto 25:3 cumque roboratum sibi uideret imperium iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum 25:4 sed filios eorum non interfecit sicut scriptum est in libro legis Mosi ubi praecepit Dominus dicens non occidentur patres pro filiis neque filii pro patribus suis sed unusquisque in suo peccato morietur 25:5 congregauit igitur Amasias Iudam et constituit eos per familias tribunosque et centuriones in uniuerso Iuda et Benjamin et recensuit a uiginti annis sursum inuenitque triginta milia iuuenum qui egrederentur ad pugnam et tenerent hastam et clypeum 25:6 mercede quoque conduxit de Israhel centum milia robustorum centum talentis argenti 25:7 uenit autem homo Dei ad illum et ait o rex ne egrediatur tecum exercitus Israhel non est enim Dominus cum Israhel et cunctis filiis Ephraim 25:8 quod si putas in robore exercitus bella consistere superari te faciet Deus ab hostibus Dei quippe est et adiuuare et in fugam uertere 25:9 dixitque Amasias ad hominem Dei quid ergo fiet de centum talentis quae dedi militibus Israhel et respondit ei homo Dei habet Dominus unde tibi dare possit multo his plura 25:10 separauit itaque Amasias exercitum qui uenerat ad eum ex Ephraim ut reuerteretur in locum suum at illi contra Iudam uehementer irati reuersi sunt in regionem suam 25:11 porro

Liber II Paralipomenon

Amasias confidenter eduxit populum suum et abiit in uallem Salinarum percussitque filios Seir decem milia 25:12 et alia decem milia uirorum ceperunt filii Iuda et adduxerunt ad praeruptum cuiusdam petrae praecipitaueruntque eos de summo in praeceps qui uniuersi crepuerunt 25:13 at ille exercitus quem remiserat Amasias ne secum iret ad proelium diffusus est in ciuitatibus Iuda a Samaria usque Bethoron et interfectis tribus milibus diripuit praedam magnam 25:14 Amasias uero post caedem Idumeorum et adlatos deos filiorum Seir statuit illos in deos sibi et adorabat eos et illis adolebat incensum 25:15 quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam misit ad illum prophetam qui diceret ei cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu tua 25:16 cumque haec ille loqueretur respondit ei num consiliarius regis es quiesce ne interficiam te discedensque propheta scio inquit quod cogitauerit Dominus occidere te qui et fecisti hoc malum et insuper non adqueuisti consilio meo 25:17 igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio misit ad Ioas filium Ioachaz filii Hieu regem Israhel dicens ueni uideamus nos mutuo 25:18 at ille remisit nuntium dicens carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani dicens da filiam tuam filio meo uxorem et ecce bestiae quae erant in silua Libani transierunt et conculcauerunt carduum 25:19 dixisti percussi Edom et idcirco erigitur cor tuum in superbiam sede in domo tua cur malum aduersum te prouocas ut cadas et tu et Iudas tecum 25:20 noluit audire Amasias eo quod Domini esset uoluntas ut traderetur in manibus hostium propter deos Edom 25:21 ascendit igitur Ioas rex Israhel et mutuos sibi praebuere conspectus Amasias autem rex Iuda erat in Bethsames Iudae 25:22 corruitque Iudas coram Israhel et fugit in tabernacula sua 25:23 porro Amasiam regem Iuda filium Ioas filii Ioachaz cepit Ioas rex Israhel in Bethsames et adduxit in Hierusalem destruxitque murum eius a

25:12 And other ten thousand left alive did the children of Judah carry away captive, and brought them unto the top of the rock, and cast them down from the top of the rock, that they all were broken in pieces.

25:13 But the soldiers of the army which Amaziah sent back, that they should not go with him to battle, fell upon the cities of Judah, from Samaria even unto Bethoron, and smote three thousand of them, and took much spoil.

25:14 Now it came to pass, after that Amaziah was come from the slaughter of the Edomites, that he brought the gods of the children of Seir, and set them up to be his gods, and bowed down himself before them, and burned incense unto them.

25:15 Wherefore the anger of the LORD was kindled against Amaziah, and he sent unto him a prophet, which said unto him, Why hast thou sought after the gods of the people, which could not deliver their own people out of thine hand?

25:16 And it came to pass, as he talked with him, that the king said unto him, Art thou made of the king's counsel? forbear; why shouldst thou be smitten? Then the prophet forbore, and said, I know that God hath determined to destroy thee, because thou hast done this, and hast not hearkened unto my counsel.

25:17 Then Amaziah king of Judah took advice, and sent to Joash, the son of Jehoahaz, the son of Jehu, king of Israel, saying, Come, let us see one another in the face.

25:18 And Joash king of Israel sent to Amaziah king of Judah, saying, The thistle that was in Lebanon sent to the cedar that was in Lebanon, saying, Give thy daughter to my son to wife: and there passed by a wild beast that was in Lebanon, and trode down the thistle.

25:19 Thou sayest, Lo, thou hast smitten the Edomites; and thine heart lifteth thee up to boast: abide now at home; why shouldst thou meddle to thine hurt, that thou shouldst fall, even thou, and Judah with thee?

25:20 But Amaziah would not hear; for it came of God, that he might deliver them into the hand of their enemies, because they sought after the gods of Edom.

25:21 So Joash the king of Israel went up; and they saw one another in the face, both he and Amaziah king of Judah, at Bethshemesh, which belongeth to Judah.

25:22 And Judah was put to the worse before Israel, and they fled every man to his tent.

25:23 And Joash the king of Israel took Amaziah king of Judah, the son of Joash, the son of Jehoahaz, at Bethshemesh, and brought him to Jerusalem, and brake down the wall of Jerusalem from the gate of Ephraim to the corner gate, four hundred cubits.

Biblia Sacra Vulgata

25:24 And he took all the gold and the silver, and all the vessels that were found in the house of God with Obbedom, and the treasures of the king's house, the hostages also, and returned to Samaria.

25:25 And Amaziah the son of Joash king of Judah lived after the death of Joash son of Jehoahaz king of Israel fifteen years.

25:26 Now the rest of the acts of Amaziah, first and last, behold, are they not written in the book of the kings of Judah and Israel?

25:27 Now after the time that Amaziah did turn away from following the LORD they made a conspiracy against him in Jerusalem; and he fled to Lachish: but they sent to Lachish after him, and slew him there.

25:28 And they brought him upon horses, and buried him with his fathers in the city of Judah.

26:1 Then all the people of Judah took Uzziah, who was sixteen years old, and made him king in the room of his father Amaziah.

26:2 He built Eloth, and restored it to Judah, after that the king slept with his fathers.

26:3 Sixteen years old was Uzziah when he began to reign, and he reigned fifty and two years in Jerusalem. His mother's name also was Jecoliah of Jerusalem.

26:4 And he did that which was right in the sight of the LORD, according to all that his father Amaziah did.

26:5 And he sought God in the days of Zechariah, who had understanding in the visions of God: and as long as he sought the LORD, God made him to prosper.

26:6 And he went forth and warred against the Philistines, and brake down the wall of Gath, and the wall of Jabneh, and the wall of Ashdod, and built cities about Ashdod, and among the Philistines.

26:7 And God helped him against the Philistines, and against the Arabians that dwelt in Gurbaal, and the Meunims.

26:8 And the Ammonites gave gifts to Uzziah: and his name spread abroad even to the entering in of Egypt; for he strengthened himself exceedingly.

26:9 Moreover Uzziah built towers in Jerusalem at the corner gate, and at the valley gate, and at the turning of the wall, and fortified them.

26:10 Also he built towers in the desert, and digged many wells: for he had much cattle, both in the low country, and in the plains: husbandmen also, and vine dressers in the mountains, and in Carmel: for he loved husbandry.

porta Ephraim usque ad portam Anguli quadringentis cubitis 25:24 omne quoque aurum et argentum et uniuersa uasa quae reppererat in domo Dei et apud Obbedom in thesauris etiam domus regiae necnon et filios obsidum reduxit Samariam 25:25 uixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israhel quindecim annis 25:26 reliqua uero sermonum Amasiae priorum et nouissimorum scripta sunt in libro regum Iuda et Israhel 25:27 qui postquam recessit a Domino tetenderunt ei insidias in Hierusalem cumque fugisset Lachis miserunt et interfecerunt eum ibi 25:28 reportantesque super equos sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid

26:1 omnis autem populus Iuda filium eius Oziam annorum sedecim constituit regem pro patre suo Amasia 26:2 ipse aedificauit Ahilath et restituit eam ditioni Iudae postquam dormiuit rex cum patribus suis 26:3 sedecim annorum erat Ozias cum regnare coepisset et quinquaginta duobus annis regnauit in Hierusalem nomen matris eius Hiecheha de Hierusalem 26:4 fecitque quod erat rectum in oculis Domini iuxta omnia quae fecerat Amasias pater eius 26:5 et exquisiuit Deum in diebus Zacchariae intellegentis et uidentis Deum cumque requireret Dominum direxit eum in omnibus 26:6 denique egressus est et pugnavit contra Philisthim et destruxit murum Geth et murum Iabniae murumque Azoti aedificauit quoque oppida in Azoto et in Philisthim 26:7 et adiuuit eum Deus contra Philisthim et contra Arabas qui habitabant in Gurbaal et contra Ammanitas 26:8 pendebantque Ammanitae munera Oziae et diuulgatum est nomen eius usque ad introitum Aegypti propter crebras uictorias 26:9 aedificauitque Ozias turres in Hierusalem super portam Anguli et super portam Vallis et reliquas in eodem muri latere firmauitque eas 26:10 extruxit etiam turres in solitudine et fodit cisternas plurimas eo quod haberet multa pecora tam

Liber II Paralipomenon

in campestribus quam in heremi uastitate uineas quoque habuit et uinitores in montibus et in Carmelo erat quippe homo agriculturae deditus 26:11 fuit autem exercitus bellatorum eius qui procedebant ad proelia sub manu Hiehihel scribae Maasiaeque doctoris et sub manu Ananiae qui erat de ducibus regis 26:12 omnisque numerus principum per familias uirorum fortium duum milium sescentorum 26:13 et sub eis uniuersus exercitus trecentorum et septem milium quingentorum qui erant apti ad bella et pro rege contra aduersarios dimicabant 26:14 praeparauit quoque eis Ozias id est cuncto exercitui clypeos et hastas et galeas et loricas arcusque et fundas ad iaciendos lapides 26:15 et fecit in Hierusalem diuersi generis machinas quas in turribus conlocauit et in angulis murorum ut mitterent sagittas et saxa grandia egressumque est nomen eius procul eo quod auxiliaretur ei Dominus et corroborasset illum 26:16 sed cum roboratus esset eleuatum est cor eius in interitum suum et neglexit Dominum Deum suum ingressusque templum Domini adolere uoluit incensum super altare thymiamatis 26:17 statimque ingressus post eum Azarias sacerdos et cum eo sacerdotes Domini octoginta uiri fortissimi 26:18 restiterunt regi atque dixerunt non est tui officii Ozia ut adoleas incensum Domino sed sacerdotum hoc est filiorum Aaron qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium egredere de sanctuario ne contempseris quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo 26:19 iratusque est Ozias et tenens in manu turibulum ut adoleret incensum minabatur sacerdotibus statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis 26:20 cumque respexisset eum Azarias pontifex et omnes reliqui sacerdotes uiderunt lepram in fronte eius et festinato expulerunt eum sed et ipse perterritus adcelerauit egredi eo quod sensisset ilico plagam Domini 26:21 fuit igitur Ozias rex leprosus usque ad diem mortis suae

26:11 Moreover Uzziah had an host of fighting men, that went out to war by bands, according to the number of their account by the hand of Jeiel the scribe and Maaseiah the ruler, under the hand of Hananiah, one of the king's captains.

26:12 The whole number of the chief of the fathers of the mighty men of valour were two thousand and six hundred.

26:13 And under their hand was an army, three hundred thousand and seven thousand and five hundred, that made war with mighty power, to help the king against the enemy.

26:14 And Uzziah prepared for them throughout all the host shields, and spears, and helmets, and habergeons, and bows, and slings to cast stones.

26:15 And he made in Jerusalem engines, invented by cunning men, to be on the towers and upon the bulwarks, to shoot arrows and great stones withal. And his name spread far abroad; for he was marvellously helped, till he was strong.

26:16 But when he was strong, his heart was lifted up to his destruction: for he transgressed against the LORD his God, and went into the temple of the LORD to burn incense upon the altar of incense.

26:17 And Azariah the priest went in after him, and with him fourscore priests of the LORD, that were valiant men:

26:18 And they withstood Uzziah the king, and said unto him. It appertaineth not unto thee, Uzziah, to burn incense unto the LORD, but to the priests the sons of Aaron, that are consecrated to burn incense; go out of the sanctuary; for thou hast transgressed; neither shall it be for thine honour from the LORD God.

26:19 Then Uzziah was wroth, and had a censer in his hand to burn incense: and while he was wroth with the priests, the leprosy even rose up in his forehead before the priests in the house of the LORD, from beside the incense altar.

26:20 And Azariah the chief priest, and all the priests, looked upon him, and, behold, he was leprous in his forehead, and they thrust him out from thence; yea, himself hastened also to go out, because the LORD had smitten him.

26:21 And Uzziah the king was a leper unto the day of his death, and dwelt in a several house, being a leper; for he was cut off from the house of the LORD: and Jotham his son was over the king's house, judging the people of the land.

Biblia Sacra Vulgata

et habitauit in domo separata plenus lepra ob quam et eiectus fuerat de domo Domini porro Ioatham filius eius rexit domum regis et iudicabat populum terrae 26:22 reliqua autem sermonum Oziae priorum et nouissimorum scripsit Esaias filius Amos propheta 26:23 dormiuitque Ozias cum patribus suis et sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum eo quod esset leprosus regnauitque Ioatham filius eius pro eo

26:22 Now the rest of the acts of Uziah, first and last, did Isaiah the prophet, the son of Amoz, write.

26:23 So Uziah slept with his fathers, and they buried him with his fathers in the field of the burial which belonged to the kings; for they said, He is a leper: and Jotham his son reigned in his stead.

27:1 Jotham was twenty and five years old when he began to reign, and he reigned sixteen years in Jerusalem. His mother's name also was Jerushah, the daughter of Zadok.

27:2 And he did that which was right in the sight of the LORD, according to all that his father Uziah did: howbeit he entered not into the temple of the LORD. And the people did yet corruptly.

27:3 He built the high gate of the house of the LORD, and on the wall of Ophel he built much.

27:4 Moreover he built cities in the mountains of Judah, and in the forests he built castles and towers.

27:5 He fought also with the king of the Ammonites, and prevailed against them. And the children of Ammon gave him the same year an hundred talents of silver, and ten thousand measures of wheat, and ten thousand of barley. So much did the children of Ammon pay unto him, both the second year, and the third.

27:6 So Jotham became mighty, because he prepared his ways before the LORD his God.

27:7 Now the rest of the acts of Jotham, and all his wars, and his ways, lo, they are written in the book of the kings of Israel and Judah.

27:8 He was five and twenty years old when he began to reign, and reigned sixteen years in Jerusalem.

27:9 And Jotham slept with his fathers, and they buried him in the city of David: and Ahaz his son reigned in his stead.

28:1 Ahaz was twenty years old when he began to reign, and he reigned sixteen years in Jerusalem: but he did not that which was right in the sight of the LORD, like David his father:

28:2 For he walked in the ways of the kings of Israel, and made also molten images for Baalim.

28:3 Moreover he burnt incense in the valley of the son of Hinnom, and burnt his children in the fire, after the abominations of the heathen whom the LORD had cast out before the children of Israel.

27:1 uiginti quinque annorum erat Ioatham cum regnare coepisset et sedecim annis regnauit in Hierusalem nomen matris eius Hierusa filia Sadoc 27:2 fecitque quod rectum erat coram Domino iuxta omnia quae fecerat Ozias pater suus excepto quod non est ingressus templum Domini et adhuc populus delinquebat 27:3 ipse aedificauit portam domus Domini Excelsam et in muro Ophel multa construxit 27:4 urbes quoque aedificauit in montibus Iuda et in saltibus castella et tures 27:5 ipse pugnavit contra regem filiorum Ammon et uicit eos dederuntque ei filii Ammon in tempore illo centum talenta argenti et decem milia choros tritici ac totidem choros hordei haec ei praebuerunt filii Ammon in anno secundo et tertio 27:6 corroboratusque est Ioatham eo quod direxisset uias suas coram Domino Deo suo 27:7 reliqua autem sermonum Ioatham et omnes pugnae eius et opera scripta sunt in libro regum Israhel et Iuda 27:8 uiginti quinque annorum erat cum regnare coepisset et sedecim annis regnauit in Hierusalem 27:9 dormiuitque Ioatham cum patribus suis et sepelierunt eum in ciuitate Dauid et regnauit Achaz filius eius pro eo

28:1 uiginti annorum erat Achaz cum regnare coepisset et sedecim annis regnauit in Hierusalem non fecit rectum in conspectu Domini sicut Dauid pater eius 28:2 sed ambulauit in uis regum Israhel insuper et statuas fudit Baalim 28:3 ipse est qui adoleuit incensum in ualle Benennon et lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium quas interfecit Domi-

Liber II Paralipomenon

nus in aduentu filiorum Israhel 28:4 sacrificabat quoque et thymiana succendebat in excelsis et in collibus et sub omni ligno frondoso 28:5 tradiditque eum Dominus Deus eius in manu regis Syriae qui percussit eum magnamque praedam de eius cepit imperio et adduxit in Damascum manibus quoque regis Israhel traditus est et percussus plaga grandi 28:6 occiditque Phacee filius Romeliae de Iuda centum uiginti milia in die uno omnes uiros bellatores eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum 28:7 eodem tempore occidit Zechri uir potens ex Ephraim Masiam filium regis et Ezricam ducem domus eius Helcanam quoque secundum a rege 28:8 ceperuntque filii Israhel de fratribus suis ducenta milia mulierum puerorum et puellarum et infinitam praedam pertuleruntque eam in Samariam 28:9 ea tempestate erat ibi propheta Domini nomine Oded qui egressus obuiam exercitui uenientium in Samariam dixit eis ecce iratus Dominus Deus patrum uestrorum contra Iudam tradidit eos manibus uestris et occidistis illos atrociter ita ut caelum pertingeret uestra crudelitas 28:10 insuper filios Iuda et Hierusalem uultis uobis subicere in seruos et ancillas quod nequaquam facto opus est peccatis enim super hoc Domino Deo uestro 28:11 sed audite consilium meum et reducite captiuos quos adduxistis de fratribus uestris quia magnus furor Domini imminet uobis 28:12 steterunt itaque uiri de principibus filiorum Ephraim Azarias filius Iohanan Barachias filius Mosollamoth Hiezechias filius Sellum et Amasa filius Adali contra eos qui ueniebant de proelio 28:13 et dixerunt eis non introducetis huc captiuos ne peccemus Domino quare uultis adicere super peccata nostra et uetera cumulare delicta grande quippe peccatum est et ira furoris Domini imminet super Israhel 28:14 dimiseruntque uiri bellatores praedam et uniuersa quae ceperant coram principibus et omni multitudine 28:15 steteruntque uiri quos supra memorauimus et adprehenden-

28:4 He sacrificed also and burnt incense in the high places, and on the hills, and under every green tree.

28:5 Wherefore the LORD his God delivered him into the hand of the king of Syria; and they smote him, and carried away a great multitude of them captives, and brought them to Damascus. And he was also delivered into the hand of the king of Israel, who smote him with a great slaughter.

28:6 For Pekah the son of Remaliah slew in Judah an hundred and twenty thousand in one day, which were all valiant men; because they had forsaken the LORD God of their fathers.

28:7 And Zichri, a mighty man of Ephraim, slew Maaseiah the king's son, and Azrikam the governor of the house, and Elkanah that was next to the king.

28:8 And the children of Israel carried away captive of their brethren two hundred thousand, women, sons, and daughters, and took also away much spoil from them, and brought the spoil to Samaria.

28:9 But a prophet of the LORD was there, whose name was Oded: and he went out before the host that came to Samaria, and said unto them, Behold, because the LORD God of your fathers was wroth with Judah, he hath delivered them into your hand, and ye have slain them in a rage that reacheth up unto heaven.

28:10 And now ye purpose to keep under the children of Judah and Jerusalem for bondmen and bondwomen unto you: but are there not with you, even with you, sins against the LORD your God?

28:11 Now hear me therefore, and deliver the captives again, which ye have taken captive of your brethren: for the fierce wrath of the LORD is upon you.

28:12 Then certain of the heads of the children of Ephraim, Azariah the son of Johanan, Berechiah the son of Meshillemoth, and Jehizkiah the son of Shallum, and Amasa the son of Hadlai, stood up against them that came from the war,

28:13 And said unto them, Ye shall not bring in the captives hither: for whereas we have offended against the LORD already, ye intend to add more to our sins and to our trespass: for our trespass is great, and there is fierce wrath against Israel.

28:14 So the armed men left the captives and the spoil before the princes and all the congregation.

28:15 And the men which were expressed by name rose up, and took the captives, and with the spoil clothed all that were naked among them, and arrayed them, and shod them, and gave them to eat and to drink, and anointed them, and carried all the feeble of them upon asses, and brought them to Jericho, the city of palm trees, to their brethren: then they returned to Samaria.

Biblia Sacra Vulgata

tes captiuos omnesque qui nudi erant uestierunt de spoliis cumque uestissent eos et calciassent et refecissent cibo ac potu unxissent quoque propter laborem et adhibuissent eis curam quicumque ambulare non poterant et erant inbecillo corpore inposuerunt eos iumentis et adduxerunt Hierichum ciuitatem Palmarum ad fratres eorum ipsique reuersi sunt Samariam 28:16 tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum auxilium postulans 28:17 ueneruntque Idumei et percusserunt multos ex Iuda et ceperunt praedam magnam 28:18 Philisthim quoque diffusi sunt per urbes campestris et ad meridiem Iuda ceperuntque Bethsames et Ahilon et Gaderoth Soccho quoque et Thamnam et Gamzo cum uiculis suis et habitauerunt in eis 28:19 humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda eo quod nudasset eum auxilio et contemptui habuisset Dominum 28:20 adduxitque contra eum Thaglathphalnsar regem Assyriorum qui et afflixit eum et nullo resistente uastauit 28:21 igitur Achaz spoliata domo Domini et domo regum et principum dedit regi Assyriorum munera et tamen nihil ei profuit 28:22 insuper et in tempore angustiae suae auxit contemptum in Dominum ipse per se rex Achaz 28:23 immolauit diis Damasci uictimas percussoribus suis et dixit dii regum Syriae auxiliantur eis quos ego placabo hostiis et aderunt mihi cum e contrario ipsi fuerint ruina eius et uniuerso Israhel 28:24 direptis itaque Achaz omnibus uasis domus Dei atque confractis clusit ianuas templi Dei et fecit sibi altaria in uniuersis angulis Hierusalem 28:25 in omnibus quoque urbibus Iuda extruxit aras ad cremandum tus atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum 28:26 reliqua autem sermonum eius et omnium operum priorum et nouissimorum scripta sunt in libro regum Iuda et Israhel 28:27 dormiuitque Achaz cum patribus suis et sepelierunt eum in ciuitate Hierusalem neque enim receperunt eum in sepulchra regum

28:16 At that time did king Achaz send unto the kings of Assyria to help him.

28:17 For again the Edomites had come and smitten Judah, and carried away captives.

28:18 The Philistines also had invaded the cities of the low country, and of the south of Judah, and had taken Bethshemesh, and Ajalon, and Gederoth, and Shocho with the villages thereof, and Timmah with the villages thereof, Gimzo also and the villages thereof: and they dwelt there.

28:19 For the LORD brought Judah low because of Achaz king of Israel: for he made Judah naked, and transgressed sore against the LORD.

28:20 And Tilgathpineser king of Assyria came unto him, and distressed him, but strengthened him not.

28:21 For Achaz took away a portion out of the house of the LORD, and out of the house of the king, and of the princes, and gave it unto the king of Assyria: but he helped him not.

28:22 And in the time of his distress did he trespass yet more against the LORD: this is that king Achaz.

28:23 For he sacrificed unto the gods of Damascus, which smote him: and he said, Because the gods of the kings of Syria help them, therefore will I sacrifice to them, that they may help me. But they were the ruin of him, and of all Israel.

28:24 And Achaz gathered together the vessels of the house of God, and cut in pieces the vessels of the house of God, and shut up the doors of the house of the LORD, and he made him altars in every corner of Jerusalem.

28:25 And in every several city of Judah he made high places to burn incense unto other gods, and provoked to anger the LORD God of his fathers.

28:26 Now the rest of his acts and of all his ways, first and last, behold, they are written in the book of the kings of Judah and Israel.

28:27 And Achaz slept with his fathers, and they buried him in the city, even in Jerusalem: but they brought him not into the sepulchres of the kings of Israel: and Hezekiah his son reigned in his stead.

Liber II Paralipomenon

Israhel regnauitque Ezechias filius eius pro eo

29:1 igitur Ezechias regnare coepit cum uiginti quinque esset annorum et uiginti nouem annis regnauit in Hierusalem nomen matris eius Abia filia Zacchariae 29:2 fecitque quod erat placitum in conspectu Domini iuxta omnia quae fecerat Dauid pater eius 29:3 ipse anno et mense primo regni sui aperuit ualuas domus Domini et instaurauit eas 29:4 adduxitque sacerdotes atque Leuitas et congregauit eos in plateam orientalem 29:5 dixitque ad eos audite me Leuitae et sanctificamini mundate domum Domini Dei patrum uestrorum auferte omnem inmunditiam de sanctuario 29:6 peccauerunt patres nostri et fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri derelinquentes eum auerterunt facies suas a tabernaculo Domini et praebuerunt dorsum 29:7 cluserunt ostia quae erant in porticu et extinxerunt lucernas incensumque non adoleuerunt et holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israhel 29:8 concitatus est itaque furor Domini super Iudam et Hierusalem tradiditque eos in commotionem et in interitum et in sibilum sicut ipsi cernitis oculis uestris 29:9 en corruerunt patres nostri gladiis filii nostri et filiae nostrae et coniuges captivae ductae sunt propter hoc scelus 29:10 nunc igitur placet mihi ut ineamus foedus cum Domino Deo Israhel et auertat a nobis furorem irae suae 29:11 filii mi nolite neglegere uos elegit Dominus ut stetis coram eo et ministretis illi colatis eum et cremetis incensum 29:12 surrexerunt ergo Leuitae Maath filius Amasiae et Iohel filius Azariae de filiis Caath porro de filiis Merari Cis filius Abdai et Azarias filius Iallelel de filiis autem Gersom Ioha filius Zemina et Eden filius Ioaha 29:13 at uero de filiis Elisaphan Samri et Iahihel de filiis quoque Asaph Zaccharias et Mathanias 29:14 necnon de filiis Heman Iahihel et Semei sed et de filiis Idithun Semeias et Ozihel 29:15 congregaueruntque fratres suos et sanctificati sunt et

29:1 Hezekiah began to reign when he was five and twenty years old, and he reigned nine and twenty years in Jerusalem. And his mother's name was Abijah, the daughter of Zechariah.

29:2 And he did that which was right in the sight of the LORD, according to all that David his father had done.

29:3 He in the first year of his reign, in the first month, opened the doors of the house of the LORD, and repaired them.

29:4 And he brought in the priests and the Levites, and gathered them together into the east street,

29:5 And said unto them, Hear me, ye Levites, sanctify now yourselves, and sanctify the house of the LORD God of your fathers, and carry forth the filthiness out of the holy place.

29:6 For our fathers have trespassed, and done that which was evil in the eyes of the LORD our God, and have forsaken him, and have turned away their faces from the habitation of the LORD, and turned their backs.

29:7 Also they have shut up the doors of the porch, and put out the lamps, and have not burned incense nor offered burnt offerings in the holy place unto the God of Israel.

29:8 Wherefore the wrath of the LORD was upon Judah and Jerusalem, and he hath delivered them to trouble, to astonishment, and to hissing, as ye see with your eyes.

29:9 For, lo, our fathers have fallen by the sword, and our sons and our daughters and our wives are in captivity for this.

29:10 Now it is in mine heart to make a covenant with the LORD God of Israel, that his fierce wrath may turn away from us.

29:11 My sons, be not now negligent: for the LORD hath chosen you to stand before him, to serve him, and that ye should minister unto him, and burn incense.

29:12 Then the Levites arose, Mahath the son of Amasai, and Joel the son of Azariah, of the sons of the Kohathites: and of the sons of Merari, Kish the son of Abdi, and Azariah the son of Jehalelel: and of the Gershonites; Joah the son of Zimmah, and Eden the son of Joah:

29:13 And of the sons of Elizaphan; Shimri, and Jetei: and of the sons of Asaph; Zechariah, and Mattaniah:

29:14 And of the sons of Heman; Jehiel, and Shimei: and of the sons of Jeduthun; Shemaiah, and Uzziel.

29:15 And they gathered their brethren, and sanctified themselves, and came, according to the commandment of the king, by the words of the LORD, to cleanse the house of the LORD.

Biblia Sacra Vulgata

29:16 And the priests went into the inner part of the house of the LORD, to cleanse it, and brought out all the uncleanness that they found in the temple of the LORD into the court of the house of the LORD. And the Levites took it, to carry it out abroad into the brook Kidron.

29:17 Now they began on the first day of the first month to sanctify, and on the eighth day of the month came they to the porch of the LORD: so they sanctified the house of the LORD in eight days; and in the sixteenth day of the first month they made an end.

29:18 Then they went in to Hezekiah the king, and said, We have cleansed all the house of the LORD, and the altar of burnt offering, with all the vessels thereof, and the shewbread table, with all the vessels thereof.

29:19 Moreover all the vessels, which king Ahaz in his reign did cast away in his transgression, have we prepared and sanctified, and, behold, they are before the altar of the LORD.

29:20 Then Hezekiah the king rose early, and gathered the rulers of the city, and went up to the house of the LORD.

29:21 And they brought seven bullocks, and seven rams, and seven lambs, and seven he goats, for a sin offering for the kingdom, and for the sanctuary, and for Judah. And he commanded the priests the sons of Aaron to offer them on the altar of the LORD.

29:22 So they killed the bullocks, and the priests received the blood, and sprinkled it on the altar: likewise, when they had killed the rams, they sprinkled the blood upon the altar: they killed also the lambs, and they sprinkled the blood upon the altar.

29:23 And they brought forth the he goats for the sin offering before the king and the congregation; and they laid their hands upon them:

29:24 And the priests killed them, and they made reconciliation with their blood upon the altar, to make an atonement for all Israel: for the king commanded that the burnt offering and the sin offering should be made for all Israel.

29:25 And he set the Levites in the house of the LORD with cymbals, with psalteries, and with harps, according to the commandment of David, and of Gad the king's seer, and Nathan the prophet: for so was the commandment of the LORD by his prophets.

ingressi iuxta mandatum regis et imperium Domini ut expiarent domum Dei 29:16 sacerdotes quoque ingressi templum Domini ut sanctificarent illud extulerunt omnem inmunditiam quam intro reppererant in uestibulum domus Domini quam tulerunt Leuitae et asportauerunt ad torrentem Cedron foras 29:17 coeperunt autem prima die mensis primi mundare et in die octaua eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini expiaueruntque templum diebus octo et in die sextadecima mensis eiusdem quod coeperant impleuerunt 29:18 ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem et dixerunt ei sanctificauimus omnem domum Domini et altare holocaustoseos uasque eius necnon et mensam propositionis cum omnibus uasis suis 29:19 cunctamque templi supellectilem quam polluerat rex Achaz in regno suo postquam praeuaricatus est et ecce exposita sunt omnia coram altari Domini 29:20 consurgensque diluculo Ezechias rex adunauit omnes principes ciuitatis et ascendit domum Domini 29:21 obtuleruntque simul tauros septem arietes septem agnos septem et hircos septem pro peccato pro regno pro sanctuario pro Iuda dixit quoque sacerdotibus filiis Aaron ut offerrent super altare Domini 29:22 mactauerunt igitur tauros et susceperunt sacerdotes sanguinem et fuderunt illud super altare mactauerunt etiam arietes et illorum sanguinem super altare fuderunt immolauerunt agnos et fuderunt super altare sanguinem 29:23 adplicauerunt hircos pro peccato coram rege et uniuersa multitudine inposueruntque manus suas super eos 29:24 et immolauerunt illos sacerdotes et aspersionem sanguinem eorum altari pro piaculo uniuersi Israhelis pro omni quippe Israhel praeceperat rex ut holocaustum fieret et pro peccato 29:25 constituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis et psalteriis et citharis secundum dispositionem Dauid et Gad uidentis regis et Nathan prophetae siquidem Domini praeceptum fuit per ma-

Liber II Paralipomenon

num prophetarum eius 29:26 steteruntque Leuitae tenentes organa Dauid et sacerdotes tubas 29:27 et iussit Ezechias ut offerrent holocaustum super altare cumque offerrentur holocausta coeperunt laudes canere Domino et clangere tubis atque in diuersis organis quae Dauid rex Israhel reppererat concrepare 29:28 omni autem turba adorante cantores et hii qui tenebant tubas erant in officio suo donec conpleretur holocaustum 29:29 cumque finita esset oblatio incuruatus est rex et omnes qui erant cum eo et adorauerunt 29:30 praecepitque Ezechias et principes Leuitis ut laudarent Dominum sermonibus Dauid et Asaph uidentis qui laudauerunt eum magna laetitia et curuato genu adorauerunt 29:31 Ezechias autem etiam haec addidit implestis manus uestras Domino accedite et offerte uictimas et laudes in domo Domini obtulit ergo uniuersa multitudo hostias et laudes et holocausta mente deuota 29:32 porro numerus holocaustorum quae obtulit multitudo hic fuit tauros septuaginta arietes centum agnos ducentos 29:33 sanctificaueruntque Domino boues sescentos et oues tria milia 29:34 sacerdotes uero pauci erant nec poterant sufficere ut pelles holocaustorum detraherent unde et Leuitae fratres eorum adiuuerunt eos donec impleteretur opus et sanctificarentur antistites Leuitae quippe faciliiori ritu sanctificantur quam sacerdotes 29:35 fuerunt igitur holocausta plurima adipis pacificorum et libamina holocaustorum et completus est cultus domus Domini 29:36 laetusque est Ezechias et omnis populus eo quod ministerium Domini esset expletum de repente quippe hoc fieri placuerat

30:1 misit quoque Ezechias ad omnem Israhel et Iudam scripsitque epistulas ad Ephraim et Manassem ut uenirent ad domum Domini in Hierusalem et facerent phase Domino Deo Israhel 30:2 inito ergo consilio regis et principum et uniuersi coetus Hierusalem decreuerunt ut facerent phase mense secundo 30:3 non enim occurrerant facere in tem-

29:26 And the Levites stood with the instruments of David, and the priests with the trumpets.

29:27 And Hezekiah commanded to offer the burnt offering upon the altar. And when the burnt offering began, the song of the LORD began also with the trumpets, and with the instruments ordained by David king of Israel.

29:28 And all the congregation worshipped, and the singers sang, and the trumpeters sounded: and all this continued until the burnt offering was finished.

29:29 And when they had made an end of offering, the king and all that were present with him bowed themselves, and worshipped.

29:30 Moreover Hezekiah the king and the princes commanded the Levites to sing praise unto the LORD with the words of David, and of Asaph the seer. And they sang praises with gladness, and they bowed their heads and worshipped.

29:31 Then Hezekiah answered and said, Now ye have consecrated yourselves unto the LORD, come near and bring sacrifices and thank offerings into the house of the LORD. And the congregation brought in sacrifices and thank offerings; and as many as were of a free heart burnt offerings.

29:32 And the number of the burnt offerings, which the congregation brought, was threescore and ten bullocks, an hundred rams, and two hundred lambs: all these were for a burnt offering to the LORD.

29:33 And the consecrated things were six hundred oxen and three thousand sheep.

29:34 But the priests were too few, so that they could not flay all the burnt offerings: wherefore their brethren the Levites did help them, till the work was ended, and until the other priests had sanctified themselves: for the Levites were more upright in heart to sanctify themselves than the priests.

29:35 And also the burnt offerings were in abundance, with the fat of the peace offerings, and the drink offerings for every burnt offering. So the service of the house of the LORD was set in order.

29:36 And Hezekiah rejoiced, and all the people, that God had prepared the people: for the thing was done suddenly.

30:1 And Hezekiah sent to all Israel and Judah, and wrote letters also to Ephraim and Manasseh, that they should come to the house of the LORD at Jerusalem, to keep the passover unto the LORD God of Israel.

30:2 For the king had taken counsel, and his princes, and all the congregation in Jerusalem, to keep the passover in the second month.

30:3 For they could not keep it at that time, because the priests had not sanctified themselves sufficiently, neither had the people gathered themselves together to Jerusalem.

Biblia Sacra Vulgata

30:4 And the thing pleased the king and all the congregation.

30:5 So they established a decree to make proclamation throughout all Israel, from Beersheba even to Dan, that they should come to keep the passover unto the LORD God of Israel at Jerusalem: for they had not done it of a long time in such sort as it was written.

30:6 So the posts went with the letters from the king and his princes throughout all Israel and Judah, and according to the commandment of the king, saying, Ye children of Israel, turn again unto the LORD God of Abraham, Isaac, and Israel, and he will return to the remnant of you, that are escaped out of the hand of the kings of Assyria.

30:7 And be not ye like your fathers, and like your brethren, which trespassed against the LORD God of their fathers, who therefore gave them up to desolation, as ye see.

30:8 Now be ye not stiffnecked, as your fathers were, but yield yourselves unto the LORD, and enter into his sanctuary, which he hath sanctified for ever: and serve the LORD your God, that the fierceness of his wrath may turn away from you.

30:9 For if ye turn again unto the LORD, your brethren and your children shall find compassion before them that lead them captive, so that they shall come again into this land: for the LORD your God is gracious and merciful, and will not turn away his face from you, if ye return unto him.

30:10 So the posts passed from city to city through the country of Ephraim and Manasse even unto Zebulun: but they laughed them to scorn, and mocked them.

30:11 Nevertheless divers of Asher and Manasseh and of Zebulun humbled themselves, and came to Jerusalem.

30:12 Also in Judah the hand of God was to give them one heart to do the commandment of the king and of the princes, by the word of the LORD.

30:13 And there assembled at Jerusalem much people to keep the feast of unleavened bread in the second month, a very great congregation.

30:14 And they arose and took away the altars that were in Jerusalem, and all the altars for incense took they away, and cast them into the brook Kidron.

pore suo quia sacerdotes qui possent sufficere sanctificati non fuerant et populus necdum congregatus erat in Hierusalem 30:4 placuitque sermo regi et omni multitudini 30:5 et decreuerunt ut mitterent nuntios in uniuersum Israhel de Bersabee usque Dan ut uenirent et facerent phase Domino Deo Israhel in Hierusalem multi enim non fecerant sicut lege praescriptum est 30:6 perrexeruntque cursores cum epistulis ex regis imperio et principum eius in uniuersum Israhel et Iudam iuxta quod rex iusserat praedicantes filii Israhel reuertimini ad Dominum Deum Abraham et Isaac et Israhel et reuertetur ad reliquias quae effugerunt manum regis Assyriorum 30:7 nolite fieri sicut patres uestri et fratres qui recesserunt a Domino Deo patrum suorum et tradidit eos in interitum ut ipsi cernitis 30:8 nolite indurare ceruices uestras sicut patres uestri tradite manus Domino et uenite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in aeternum seruite Domino Deo patrum uestrorum et auertetur a uobis ira furoris eius 30:9 si enim uos reuersi fueritis ad Dominum fratres uestri et filii habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxere captiuos et reuertentur in terram hanc pius enim et clemens est Dominus Deus uester et non auertet faciem suam a uobis si reuersi fueritis ad eum 30:10 igitur cursores pergebant uelociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim et Manasse usque Zabulon illis inridentibus et subsannantibus eos 30:11 attamen quidam uiri ex Aser et Manasse et Zabulon adquiescentes consilio uenerunt Hierusalem 30:12 in Iuda uero facta est manus Domini ut daret eis cor unum et facerent iuxta praeceptum regis et principum uerbum Domini 30:13 congregatique sunt in Hierusalem populi multi ut facerent sollemnitatem azymorum in mense secundo 30:14 et surgentes destruxerunt altaria quae erant in Hierusalem atque uniuersa in quibus idolis adolebatur incensum subuertentes proiecerunt in torrentem Cedron

Liber II Paralipomenon

30:15 immolauerunt autem phase quartadecima die mensis secundi sacerdotes quoque atque Leuitae tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini 30:16 steteruntque in ordine suo iuxta dispositionem et legem Mosi hominis Dei sacerdotes uero suscipiebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum 30:17 eo quod multa turba sanctificata non esset et idcirco Leuitae immolarent phase his qui non occurrerant sanctificari Domino 30:18 magna etiam pars populi de Ephraim et Manasse et Isachar et Zabulon quae sanctificata non fuerat comedit phase non iuxta quod scriptum est et orauit pro eis Ezechias dicens Dominus bonus propitiabitur 30:19 cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum et non inputabit eis quod minus sanctificati sunt 30:20 quem exaudiuit Dominus et placatus est populo 30:21 feceruntque filii Israhel qui inuenti sunt in Hierusalem sollemnitatem azymorum septem diebus in laetitia magna laudantes Dominum per singulos dies Leuitae quoque et sacerdotes per organa quae suo officio congruebant 30:22 et locutus est Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habebant intellegentiam bonam super Domino et comederunt septem diebus sollemnitatis immolantes uictimas pacificorum et laudantes Dominum Deum patrum suorum 30:23 placuitque uniuersae multitudini ut celebrarent etiam alios dies septem quod et fecerunt cum ingenti gaudio 30:24 Ezechias enim rex Iuda praebuerat multitudini mille tauros et septem milia ouium principes uero dederant populo tauros mille et oues decem milia sanctificata ergo est sacerdotum plurima multitudo 30:25 et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam sacerdotum et Leuitarum quam uniuersae frequentiae quae uenerat ex Israhel proselytorum quoque de terra Israhel et habitantium in Iuda 30:26 factaque est grandis celebritas in Hierusalem qualis a diebus Salomonis filii Dauid regis Israhel in ea urbe non fuerat

30:15 Then they killed the passover on the fourteenth day of the second month; and the priests and the Levites were ashamed, and sanctified themselves, and brought in the burnt offerings into the house of the LORD.

30:16 And they stood in their place after their manner, according to the law of Moses the man of God: the priests sprinkled the blood, which they received of the hand of the Levites.

30:17 For there were many in the congregation that were not sanctified: therefore the Levites had the charge of the killing of the passovers for every one that was not clean, to sanctify them unto the LORD.

30:18 For a multitude of the people, even many of Ephraim, and Manasseh, Issachar, and Zebulun, had not cleansed themselves, yet did they eat the passover otherwise than it was written. But Hezekiah prayed for them, saying, The good LORD pardon every one

30:19 That prepareth his heart to seek God, the LORD God of his fathers, though he be not cleansed according to the purification of the sanctuary.

30:20 And the LORD hearkened to Hezekiah, and healed the people.

30:21 And the children of Israel that were present at Jerusalem kept the feast of unleavened bread seven days with great gladness: and the Levites and the priests praised the LORD day by day, singing with loud instruments unto the LORD.

30:22 And Hezekiah spake comfortably unto all the Levites that taught the good knowledge of the LORD: and they did eat throughout the feast seven days, offering peace offerings, and making confession to the LORD God of their fathers.

30:23 And the whole assembly took counsel to keep other seven days: and they kept other seven days with gladness.

30:24 For Hezekiah king of Judah did give to the congregation a thousand bullocks and seven thousand sheep: and the princes gave to the congregation a thousand bullocks and ten thousand sheep: and a great number of priests sanctified themselves.

30:25 And all the congregation of Judah, with the priests and the Levites, and all the congregation that came out of Israel, and the strangers that came out of the land of Israel, and that dwelt in Judah, rejoiced.

30:26 So there was great joy in Jerusalem: for since the time of Solomon the son of David king of Israel there was not the like in Jerusalem.

Biblia Sacra Vulgata

30:27 Then the priests the Levites arose and blessed the people: and their voice was heard, and their prayer came up to his holy dwelling place, even unto heaven.

30:27 surrexerunt autem sacerdotes atque Leuitae benedicentes populo et exaudita est uox eorum peruenitque oratio in habitaculum sanctum caeli

31:1 Now when all this was finished, all Israel that were present went out to the cities of Judah, and brake the images in pieces, and cut down the groves, and threw down the high places and the altars out of all Judah and Benjamin, in Ephraim also and Manasse, until they had utterly destroyed them all. Then all the children of Israel returned, every man to his possession, into their own cities.

31:1 cumque haec fuissent rite celebrata egressus est omnis Israhel qui inuentus fuerat in urbibus Iuda et fregerunt simulacra succideruntque lucos demoliti sunt excelsa et altaria destruxerunt non solum de uniuerso Iuda et Benjamin sed de Ephraim quoque et Manasse donec penitus euerterent reuersique sunt omnes filii Israhel in possessiones et ciuitates suas

31:2 And Hezekiah appointed the courses of the priests and the Levites after their courses, every man according to his service, the priests and Levites for burnt offerings and for peace offerings, to minister, and to give thanks, and to praise in the gates of the tents of the LORD.

31:2 Ezechias uero constituit turmas sacerdotales et leuiticas per diuisiones suas unumquemque in officio proprio tam sacerdotum uidelicet quam Leuitarum ad holocausta et pacifica ut ministrarent et confiterentur canerentque in portis castrorum Domini

31:3 He appointed also the king's portion of his substance for the burnt offerings, to wit, for the morning and evening burnt offerings, and the burnt offerings for the sabbaths, and for the new moons, and for the set feasts, as it is written in the law of the LORD.

31:3 pars autem regis erat ut de propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper et uespere sabbatis quoque et kalendis et sollemnitatibus ceteris sicut scriptum est in lege Mosi

31:4 Moreover he commanded the people that dwell in Jerusalem to give the portion of the priests and the Levites, that they might be encouraged in the law of the LORD.

31:4 praecepit etiam populo habitantium Hierusalem ut darent partes sacerdotibus et Leuitis et possent uacare legi Domini

31:5 And as soon as the commandment came abroad, the children of Israel brought in abundance the firstfruits of corn, wine, and oil, and honey, and of all the increase of the field; and the tithe of all things brought they in abundantly.

31:5 quod cum percrebuisset in auribus multitudinis plurimas obtulere primitias filii Israhel frumenti uini et olei mellis quoque et omnium quae gignit humus decimas obtulerunt

31:6 And concerning the children of Israel and Judah, that dwell in the cities of Judah, they also brought in the tithe of oxen and sheep, and the tithe of holy things which were consecrated unto the LORD their God, and laid them by heaps.

31:6 sed et filii Israhel et Iuda qui habitabant in urbibus Iuda obtulerunt decimas bouum et ouium decimasque sanctorum quae uouerant Domino Deo suo atque uniuersa portantes fecerunt

31:7 In the third month they began to lay the foundation of the heaps, and finished them in the seventh month.

31:7 mense tertio coeperunt aceruorum iacere fundamenta et mense septimo conpleuerunt eos

31:8 And when Hezekiah and the princes came and saw the heaps, they blessed the LORD, and his people Israel.

31:8 cumque ingressi fuissent Ezechias et principes eius uiderunt aceruos et benedixerunt Domino ac populo Israhel

31:9 Then Hezekiah questioned with the priests and the Levites concerning the heaps.

31:9 interrogauitque Ezechias sacerdotes et Leuitas cur ita iacerent acerui

31:10 And Azariah the chief priest of the house of Zadok answered him, and said, Since the people began to bring the offerings into the house of the LORD, we have had enough to eat, and have left plenty: for the LORD hath blessed his people; and that which is left is this great store.

Liber II Paralipomenon

eo quod benedixerit Dominus populo suo reliquiarum autem copia est ista quam cernis 31:11 praecepit igitur Ezechias ut praepararent horrea in domo Domini quod cum fecissent 31:12 intulerunt tam primitias quam decimas et quaecumque uouerant fideliter fuit autem praefectus eorum Chonenias Leuita et Semei frater eius secundus 31:13 post quem Ieihel et Azazias et Naath et Asahel et Ierimoth Iozabath quoque et Helihel et Iesmachias et Maath et Banaias praepositi sub manibus Choneniae et Semei fratris eius ex imperio Ezechiae regis et Azariae pontificis domus Domini ad quos omnia pertinebant 31:14 Core uero filius Iemna Leuites et ianitor orientalis portae praepositus erat his quae sponte offerebantur Domino primitiisque et consecratis in sancta sanctorum 31:15 et sub cura eius Eden et Meniamin Hiesue et Sameias Amarias quoque et Sechenias in ciuitatibus sacerdotum ut fideliter distribuerent fratribus suis partes minoribus atque maioribus 31:16 exceptis maribus ab annis tribus et supra cunctis qui ingrediebantur templum Domini et quicquid per dies singulos conducebat in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas 31:17 sacerdotibus per familias et Leuitis a uicesimo anno et supra per ordines et turmas suas 31:18 uniuersaeque multitudini tam uxoribus quam liberis eorum utriusque sexus fideliter cibi de his quae sanctificata fuerant praebebantur 31:19 sed et filiorum Aaron per agros et suburbana urbium singularum dispositi erant uiri qui partes distribuerent uniuerso sexui masculino de sacerdotibus et Leuitis 31:20 fecit ergo Ezechias uniuersa quae diximus in omni Iuda operatusque est bonum et rectum et uerum coram Domino Deo suo 31:21 in uniuersa cultura ministerii domus Domini iuxta legem et caerimonias uolens requirere Deum suum in toto corde suo fecitque et prosperatus est

32:1 post quae et huiuscemodi ueritatem uenit Sennacherib rex Assyriorum et ingressus Iudam obsedit ciuitates mu-

31:11 Then Hezekiah commanded to prepare chambers in the house of the LORD; and they prepared them.

31:12 And brought in the offerings and the tithes and the dedicated things faithfully: over which Cononiah the Levite was ruler, and Shimei his brother was the next.

31:13 And Jehiel, and Azaziah, and Nahath, and Asahel, and Jerimoth, and Jozabad, and Eliel, and Ismachiah, and Mahath, and Benaiah, were overseers under the hand of Cononiah and Shimei his brother, at the commandment of Hezekiah the king, and Azariah the ruler of the house of God.

31:14 And Kore the son of Imnah the Levite, the porter toward the east, was over the freewill offerings of God, to distribute the oblations of the LORD, and the most holy things.

31:15 And next him were Eden, and Miniamin, and Jeshua, and Shemaiah, Amariah, and Shecaniah, in the cities of the priests, in their set office, to give to their brethren by courses, as well to the great as to the small:

31:16 Beside their genealogy of males, from three years old and upward, even unto every one that entereth into the house of the LORD, his daily portion for their service in their charges according to their courses;

31:17 Both to the genealogy of the priests by the house of their fathers, and the Levites from twenty years old and upward, in their charges by their courses;

31:18 And to the genealogy of all their little ones, their wives, and their sons, and their daughters, through all the congregation: for in their set office they sanctified themselves in holiness:

31:19 Also of the sons of Aaron the priests, which were in the fields of the suburbs of their cities, in every several city, the men that were expressed by name, to give portions to all the males among the priests, and to all that were reckoned by genealogies among the Levites.

31:20 And thus did Hezekiah throughout all Judah, and wrought that which was good and right and truth before the LORD his God.

31:21 And in every work that he began in the service of the house of God, and in the law, and in the commandments, to seek his God, he did it with all his heart, and prospered.

32:1 After these things, and the establishment thereof, Sennacherib king of Assyria came, and entered into Judah, and encamped against the fenced cities, and thought to win them for himself.

Biblia Sacra Vulgata

32:2 And when Hezekiah saw that Sennacherib was come, and that he was purposed to fight against Jerusalem,

32:3 He took counsel with his princes and his mighty men to stop the waters of the fountains which were without the city: and they did help him.

32:4 So there was gathered much people together, who stopped all the fountains, and the brook that ran through the midst of the land, saying, Why should the kings of Assyria come, and find much water?

32:5 Also he strengthened himself, and built up all the wall that was broken, and raised it up to the towers, and another wall without, and repaired Millo in the city of David, and made darts and shields in abundance.

32:6 And he set captains of war over the people, and gathered them together to him in the street of the gate of the city, and spake comfortably to them, saying,

32:7 Be strong and courageous, be not afraid nor dismayed for the king of Assyria, nor for all the multitude that is with him: for there be more with us than with him:

32:8 With him is an arm of flesh: but with us is the LORD our God to help us, and to fight our battles. And the people rested themselves upon the words of Hezekiah king of Judah.

32:9 After this did Sennacherib king of Assyria send his servants to Jerusalem, (but he himself laid siege against Lachish, and all his power with him,) unto Hezekiah king of Judah, and unto all Judah that were at Jerusalem, saying,

32:10 Thus saith Sennacherib king of Assyria, Whereon do ye trust, that ye abide in the siege in Jerusalem?

32:11 Doth not Hezekiah persuade you to give over yourselves to die by famine and by thirst, saying, The LORD our God shall deliver us out of the hand of the king of Assyria?

32:12 Hath not the same Hezekiah taken away his high places and his altars, and commanded Judah and Jerusalem, saying, Ye shall worship before one altar, and burn incense upon it?

32:13 Know ye not what I and my fathers have done unto all the people of other lands? were the gods of the nations of those lands any ways able to deliver their lands out of mine hand?

nitas uolens eas capere 32:2 quod cum uidisset Ezechias uenisse scilicet Sennacherib et totum belli impetum uerti contra Hierusalem 32:3 inito cum principibus consilio uirisque fortissimis ut obturarent capita fontium quae erant extra urbem et hoc omnium decernente sententia 32:4 congregauit plurimam multitudinem et obturauerunt cunctos fontes et riuum qui fluebat in medio terrae dicentes ne ueniant reges Assyriorum et inueniant aquarum abundantiam 32:5 aedificauit quoque agens industrie omnem murum qui fuerat dissipatus et extruxit tures desuper et forinsecus alterum murum instaurauitque Mello in ciuitate Dauid et fecit uniuersi generis armaturam et clypeos 32:6 constituitque principes bellatorum in exercitu et conuocauit uniuersos in platea portae ciuitatis ac locutus est ad cor eorum dicens 32:7 uiriliter agite et confortamini nolite timere nec paueatis regem Assyriorum et uniuersam multitudinem quae est cum eo multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo 32:8 cum illo est brachium carneum nobiscum Dominus Deus noster qui auxiliator est noster pugnatque pro nobis confortatusque est populus huiusmodi uerbis Ezechiae regis Iuda 32:9 quae postquam gesta sunt misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos Hierusalem ipse enim cum uniuerso exercitu obsidebat Lachis ad Ezechiam regem Iuda et ad omnem populum qui erat in urbe dicens 32:10 haec dicit Sennacherib rex Assyriorum in quo habentes fiduciam sedetis obsessi in Hierusalem 32:11 num Ezechias decipit uos ut tradat morti in fame et siti adfirmans quod Dominus Deus uester liberet uos de manu regis Assyriorum 32:12 numquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius et altaria et praecepit Iudae et Hierusalem dicens coram altari uno adorabitis et in ipso conburetis incensum 32:13 an ignoratis quae ego fecerim et patres mei cunctis terrarum populis numquid praeualuerunt dii gentium omniumque terrarum li-

Liber II Paralipomenon

berare regionem suam de manu mea 32:14 quis est de uniuersis diis gentium quas uastauerunt patres mei qui potuerit eruere populum suum de manu mea ut possit etiam Deus uester eruere uos de hac manu 32:15 non uos ergo decipiat Ezechias nec uana persuasione deludat neque credatis ei si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regnorum liberare populum suum de manu mea et de manu patrum meorum consequenter nec Deus uester poterit eruere uos de hac manu 32:16 sed et alia multa locuti sunt serui eius contra Dominum Deum et contra Ezechiam seruum eius 32:17 epistulas quoque scripsit plenas blasphemiae in Dominum Deum Israhel et locutus est aduersus eum sicut dii gentium ceterarum non potuerunt liberare populos suos de manu mea sic et Deus Ezechiae eruere non poterit populum suum de manu ista 32:18 insuper et clamore magno lingua iudaeica contra populum qui sedebat in muris Hierusalem personabat ut terreret eos et caperet ciuitatem 32:19 locutusque est contra Deum Hierusalem sicut aduersum deos populorum terrae opera manuum hominum 32:20 orauerunt igitur Ezechias rex et Esaias filius Amos propheta aduersum hanc blasphemiam ac uociferati sunt usque in caelum 32:21 et misit Dominus angelum qui percussit omnem uirum robustum et bellatorem et principem exercitus regis Assyriorum reuersusque est cum ignominia in terram suam cumque ingressus esset domum dei sui filii qui egressi fuerant de utero eius interfecerunt eum gladio 32:22 saluauitque Dominus Ezechiam et habitatores Hierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum et de manu omnium et praestitit ei quietem per circuitum 32:23 multi etiam deferebant hostias et sacrificia Domino Hierusalem et munera Ezechiae regi Iuda qui exaltatus est post haec coram cunctis gentibus 32:24 in diebus illis aegrotauit Ezechias usque ad mortem et orauit Dominum exaudiuitque eum et dedit ei signum 32:25 sed

32:14 Who was there among all the gods of those nations that my fathers utterly destroyed, that could deliver his people out of mine hand, that your God should be able to deliver you out of mine hand?

32:15 Now therefore let not Hezekiah deceive you, nor persuade you on this manner, neither yet believe him: for no god of any nation or kingdom was able to deliver his people out of mine hand, and out of the hand of my fathers: how much less shall your God deliver you out of mine hand?

32:16 And his servants spake yet more against the LORD God, and against his servant Hezekiah.

32:17 He wrote also letters to rail on the LORD God of Israel, and to speak against him, saying, As the gods of the nations of other lands have not delivered their people out of mine hand, so shall not the God of Hezekiah deliver his people out of mine hand.

32:18 Then they cried with a loud voice in the Jews' speech unto the people of Jerusalem that were on the wall, to affright them, and to trouble them; that they might take the city.

32:19 And they spake against the God of Jerusalem, as against the gods of the people of the earth, which were the work of the hands of man.

32:20 And for this cause Hezekiah the king, and the prophet Isaiah the son of Amoz, prayed and cried to heaven.

32:21 And the LORD sent an angel, which cut off all the mighty men of valour, and the leaders and captains in the camp of the king of Assyria. So he returned with shame of face to his own land. And when he was come into the house of his god, they that came forth of his own bowels slew him there with the sword.

32:22 Thus the LORD saved Hezekiah and the inhabitants of Jerusalem from the hand of Sennacherib the king of Assyria, and from the hand of all other, and guided them on every side.

32:23 And many brought gifts unto the LORD to Jerusalem, and presents to Hezekiah king of Judah: so that he was magnified in the sight of all nations from thenceforth.

32:24 In those days Hezekiah was sick to the death, and prayed unto the LORD: and he spake unto him, and he gave him a sign.

32:25 But Hezekiah rendered not again according to the benefit done unto him; for his heart was lifted up: therefore there was wrath upon him, and upon Judah and Jerusalem.

Biblia Sacra Vulgata

non iuxta beneficia quae acceperat retribuit quia eleuatum est cor eius et facta est contra eum ira et contra Iudam ac Hierusalem 32:26 humiliatusque est postea eo quod exaltatum fuisset cor eius tam ipse quam habitatores Hierusalem et idcirco non uenit super eos ira Domini in diebus Ezechiae 32:27 fuit autem Ezechias diues et inclitus ualde et thesauros sibi plurimos congregauit argenti auri et lapidis pretiosi aromatum et armorum uniuersi generis et uasorum magni pretii 32:28 apothecas quoque frumenti uini et olei et praesepia omnium iumentorum caulisque pecoribus 32:29 et urbes exaedificauit habebat quippe greges ouium et armentorum innumerabiles eo quod dedisset ei Dominus substantiam multam nimis 32:30 ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gion et auertit eas subter ad occidentem urbis Dauid in omnibus operibus suis fecit prospere quae uoluit 32:31 attamen in legatione principum Babylonis qui missi fuerant ad eum ut interrogarent de portento quod acciderat super terram dereliquit eum Deus ut temptaretur et nota fierent omnia quae erant in corde eius 32:32 reliqua autem sermonum Ezechiae et misericordiarum eius scripta sunt in uisione Esaiae filii Amos prophetae et in libro regum Iuda et Israhel 32:33 dormiuitque Ezechias cum patribus suis et sepelierunt eum supra sepulchra filiorum Dauid et celebrauit eius exequias uniuersus Iuda et omnes habitatores Hierusalem regnauitque Manasses filius eius pro eo

33:1 duodecim annorum erat Manasses cum regnare coepisset et quinquaginta quinque annis regnauit in Hierusalem 33:2 fecit autem malum coram Domino iuxta abominationes gentium quas subuertit Dominus coram filiis Israhel 33:3 et conuersus instaurauit excelsa quae demolitus fuerat Ezechias pater eius construxitque aras Baalim et fecit lucos et adorauit omnem militiam caeli et coluit eam 33:4 aedificauit quoque altaria in domo Domini de qua dixerat Domi-

32:26 Notwithstanding Hezekiah humbled himself for the pride of his heart, both he and the inhabitants of Jerusalem, so that the wrath of the LORD came not upon them in the days of Hezekiah.

32:27 And Hezekiah had exceeding much riches and honour: and he made himself treasuries for silver, and for gold, and for precious stones, and for spices, and for shields, and for all manner of pleasant jewels;

32:28 Storehouses also for the increase of corn, and wine, and oil; and stalls for all manner of beasts, and cotes for flocks.

32:29 Moreover he provided him cities, and possessions of flocks and herds in abundance: for God had given him substance very much.

32:30 This same Hezekiah also stopped the upper water-course of Gihon, and brought it straight down to the west side of the city of David. And Hezekiah prospered in all his works.

32:31 Howbeit in the business of the ambassadors of the princes of Babylon, who sent unto him to enquire of the wonder that was done in the land, God left him, to try him, that he might know all that was in his heart.

32:32 Now the rest of the acts of Hezekiah, and his goodness, behold, they are written in the vision of Isaiah the prophet, the son of Amoz, and in the book of the kings of Judah and Israel.

32:33 And Hezekiah slept with his fathers, and they buried him in the chiefest of the sepulchres of the sons of David: and all Judah and the inhabitants of Jerusalem did him honour at his death. And Manasseh his son reigned in his stead.

33:1 Manasseh was twelve years old when he began to reign, and he reigned fifty and five years in Jerusalem:

33:2 But did that which was evil in the sight of the LORD, like unto the abominations of the heathen, whom the LORD had cast out before the children of Israel.

33:3 For he built again the high places which Hezekiah his father had broken down, and he reared up altars for Baalim, and made groves, and worshipped all the host of heaven, and served them.

33:4 Also he built altars in the house of the LORD, whereof the LORD had said, In Jerusalem shall my name be for ever.

Liber II Paralipomenon

nus in Hierusalem erit nomen meum in aeternum 33:5 aedificauit autem ea cuncto exercitui caeli in duobus atriis domus Domini 33:6 transireque fecit filios suos per ignem in ualle Benennon obseruabat somnia sectabatur auguria maleficis artibus inseruiebat habebat secum magos et incantatores multaque mala operatus est coram Domino ut irritaret eum 33:7 sculptile quoque et conflatile signum posuit in domo Domini de qua locutus est Dominus ad Dauid et ad Salomonem filium eius dicens in domo hac et in Hierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israhel ponam nomen meum in sempiternum 33:8 et mouere non faciam pedem Israhel de terra quam tradidi patribus eorum ita dumtaxat si custodierint facere quae praecepi eis cunctamque legem et caerimonias atque iudicia per manum Mosi 33:9 igitur Manasses seduxit Iudam et habitatores Hierusalem ut facerent malum super omnes gentes quas subuerterat Dominus a facie filiorum Israhel 33:10 locutusque est Dominus ad eum et ad populum illius et adtendere noluerunt 33:11 idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum ceperuntque Manassen et uinctum catenis atque conpedibus duxerunt Babylonem 33:12 qui postquam coangustatus est orauit Dominum Deum suum et egit paenitentiam ualde coram Deo patrum suorum 33:13 deprecatusque est eum et obsecrauit intente et exaudiuit orationem eius reduxitque eum Hierusalem in regnum suum et cognouit Manasses quod Dominus ipse esset Deus 33:14 post haec aedificauit murum extra ciuitatem Dauid ad occidentem Gion in conualle ab introitu portae Piscium per circuitum usque ad Ophel et exaltauit illum uehementer constituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis 33:15 et abstulit deos alienos et simulacrum de domo Domini aras quoque quas fecerat in monte domus Domini et in Hierusalem et proiecit omnia extra urbem 33:16 porro instaurauit altare Domini et immo-

33:5 And he built altars for all the host of heaven in the two courts of the house of the LORD.

33:6 And he caused his children to pass through the fire in the valley of the son of Hinnom: also he observed times, and used enchantments, and used witchcraft, and dealt with a familiar spirit, and with wizards: he wrought much evil in the sight of the LORD, to provoke him to anger.

33:7 And he set a carved image, the idol which he had made, in the house of God, of which God had said to David and to Solomon his son. In this house, and in Jerusalem, which I have chosen before all the tribes of Israel, will I put my name for ever.

33:8 Neither will I any more remove the foot of Israel from out of the land which I have appointed for your fathers; so that they will take heed to do all that I have commanded them, according to the whole law and the statutes and the ordinances by the hand of Moses.

33:9 So Manasseh made Judah and the inhabitants of Jerusalem to err, and to do worse than the heathen, whom the LORD had destroyed before the children of Israel.

33:10 And the LORD spake to Manasseh, and to his people: but they would not hearken.

33:11 Wherefore the LORD brought upon them the captains of the host of the king of Assyria, which took Manasseh among the thorns, and bound him with fetters, and carried him to Babylon.

33:12 And when he was in affliction, he besought the LORD his God, and humbled himself greatly before the God of his fathers,

33:13 And prayed unto him: and he was intreated of him, and heard his supplication, and brought him again to Jerusalem into his kingdom. Then Manasseh knew that the LORD he was God.

33:14 Now after this he built a wall without the city of David, on the west side of Gihon, in the valley, even to the entering in at the fish gate, and compassed about Ophel, and raised it up a very great height, and put captains of war in all the fenced cities of Judah.

33:15 And he took away the strange gods, and the idol out of the house of the LORD, and all the altars that he had built in the mount of the house of the LORD, and in Jerusalem, and cast them out of the city.

33:16 And he repaired the altar of the LORD, and sacrificed thereon peace offerings and thank offerings, and commanded Judah to serve the LORD God of Israel.

Biblia Sacra Vulgata

33:17 Nevertheless the people did sacrifice still in the high places, yet unto the LORD their God only.

33:18 Now the rest of the acts of Manasseh, and his prayer unto his God, and the words of the seers that spake to him in the name of the LORD God of Israel, behold, they are written in the book of the kings of Israel.

33:19 His prayer also, and how God was intreated of him, and all his sins, and his trespass, and the places wherein he built high places, and set up groves and graven images, before he was humbled: behold, they are written among the sayings of the seers.

33:20 So Manasseh slept with his fathers, and they buried him in his own house: and Amon his son reigned in his stead.

33:21 Amon was two and twenty years old when he began to reign, and reigned two years in Jerusalem.

33:22 But he did that which was evil in the sight of the LORD, as did Manasseh his father: for Amon sacrificed unto all the carved images which Manasseh his father had made, and served them.

33:23 And humbled not himself before the LORD, as Manasseh his father had humbled himself; but Amon trespassed more and more.

33:24 And his servants conspired against him, and slew him in his own house.

33:25 But the people of the land slew all them that had conspired against king Amon; and the people of the land made Josiah his son king in his stead.

34:1 Josiah was eight years old when he began to reign, and he reigned in Jerusalem one and thirty years.

34:2 And he did that which was right in the sight of the LORD, and walked in the ways of David his father, and declined neither to the right hand, nor to the left.

34:3 For in the eighth year of his reign, while he was yet young, he began to seek after the God of David his father: and in the twelfth year he began to purge Judah and Jerusalem from the high places, and the groves, and the carved images, and the molten images.

34:4 And they brake down the altars of Baalim in his presence: and the images, that were on high above them, he cut down; and the groves, and the carved images, and the molten images, he brake in pieces, and made dust of them, and strowed it upon the graves of them that had sacrificed unto them.

34:5 And he burnt the bones of the priests upon their altars, and cleansed Judah and Jerusalem.

lavit super illud uictimas et pacifica et laudem praecepitque Iudae ut seruiret Domino Deo Israhel 33:17 attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo 33:18 reliqua autem gestorum Manasse et obsecratio eius ad Deum suum uerba quoque uidentium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israhel continentur in sermonibus regum Israhel 33:19 oratio quoque eius et exauditio et cuncta peccata atque contemptus loca etiam in quibus aedificauit excelsa et fecit lucos et statuas antequam ageret paenitentiam scripta sunt in sermonibus Ozai 33:20 dormiuit ergo Manasses cum patribus suis et sepelierunt eum in domo sua regnauitque pro eo filius eius Amon 33:21 uiginti duo annorum erat Amon cum regnare coepisset et duobus annis regnauit in Hierusalem 33:22 fecitque malum in conspectu Domini sicut fecerat Manasses pater eius et cunctis idolis quae Manasses fuerat fabricatus immolauit atque seruiuit 33:23 et non est reueritus faciem Domini sicut reueritus est Manasses pater eius et multo maiora deliquit 33:24 cumque coniurasent aduersus eum serui sui interfecerunt eum in domo sua 33:25 porro reliqua populi multitudo caesis his qui Amon percusserant constituit regem Iosiam filium eius pro eo

34:1 octo annorum erat Iosias cum regnare coepisset et triginta et uno annis regnauit in Hierusalem 34:2 fecitque quod erat rectum in conspectu Domini et ambulauit in uis Dauid patris sui non declinauit neque ad dexteram neque ad sinistram 34:3 octauo autem anno regni sui cum adhuc esset puer coepit quaerere Deum patris sui Dauid et duodecimo anno postquam coeperat mundauit Iudam et Hierusalem ab excelsis et lucis simulacrisque et sculptilibus 34:4 destruxeruntque coram eo aras Baalim et simulacra quae superposita fuerant demoliti sunt lucos etiam et sculptilia succidit atque comminuit et super tumulos eorum qui eis immolare consueuerant fragmenta dispersit 34:5 ossa prae-

Liber II Paralipomenon

terea sacerdotum conbusit in altaribus idolorum mundauit-
que Iudam et Hierusalem 34:6 sed et in urbibus Manasse et
Ephraim et Symeon usque Nepthalim cuncta subuertit 34:7
cumque altaria dissipasset et lucos et sculptilia contriuisset
in frustra cunctaque delubra demolitus esset de uniuersa terra
Israhel reuersus est Hierusalem 34:8 igitur anno octauo-
decimo regni sui mundata iam terra et templo Domini mi-
sit Saphan filium Eseliae et Maasiam principem ciuitatis et
Ioha filium Ioachaz a commentariis ut instaurarent domum
Domini Dei sui 34:9 qui uenerunt ad Helciam sacerdotem
magnum acceptamque ab eo pecuniam quae inlata fuerat
in domum Domini et quam congregauerant Leuitae ianito-
res de Manasse et Ephraim et uniuersis reliquiis Israhel ab
omni quoque Iuda et Benjamin et habitatoribus Hierusalem
34:10 tradiderunt in manibus eorum qui praeerant operariis
in domo Domini ut instaurarent templum et infirma quaeque
sarcirent 34:11 at illi dederunt eam artificibus et cementa-
riis ut emerent lapides de lapidicinis et ligna ad commissuras
aedificii et ad contignationem domorum quas destruxerant
reges Iuda 34:12 qui fideliter cuncta faciebant erant autem
praepositi operantium Iaath et Abdias de filiis Merari Zac-
charias et Mosollam de filiis Caath qui urguebant opus om-
nes Leuitae scientes organis canere 34:13 super eos uero
qui ad uarios usus onera portabant erant scribae et magistri
de Leuitis ianitores 34:14 cumque efferrent pecuniam quae
inlata fuerat in templum Domini repperit Helcias sacerdos
librum legis Domini per manum Mosi 34:15 et ait ad Sa-
phan scribam librum legis inueni in domo Domini et tradidit
ei 34:16 at ille intulit uolumen ad regem et nuntiauit ei di-
cens omnia quae dedisti in manu seruorum tuorum ecce con-
plentur 34:17 argentum quod repperit in domo Do-
mini conflauerunt datumque est praefectis artificum et di-
uersa opera fabricantium 34:18 praeterea tradidit mihi Hel-

34:6 And so did he in the cities of Manasse, and Ephraim, and Simeon, even unto Naphtali, with their mattocks round about.

34:7 And when he had broken down the altars and the groves, and had beaten the graven images into powder, and cut down all the idols throughout all the land of Israel, he returned to Jerusalem.

34:8 Now in the eighteenth year of his reign, when he had purged the land, and the house, he sent Shaphan the son of Azaliah, and Maaseiah the governor of the city, and Joah the son of Joahaz the recorder, to repair the house of the LORD his God.

34:9 And when they came to Hilkiah the high priest, they delivered the money that was brought into the house of God, which the Levites that kept the doors had gathered of the hand of Manasseh and Ephraim, and of all the remnant of Israel, and of all Judah and Benjamin; and they returned to Jerusalem.

34:10 And they put it in the hand of the workmen that had the oversight of the house of the LORD, and they gave it to the workmen that wrought in the house of the LORD, to repair and amend the house:

34:11 Even to the artificers and builders gave they it, to buy hewn stone, and timber for couplings, and to floor the houses which the kings of Judah had destroyed.

34:12 And the men did the work faithfully: and the overseers of them were Jahath and Obadiah, the Levites, of the sons of Merari; and Zechariah and Meshullam, of the sons of the Kohathites, to set it forward; and other of the Levites, all that could skill of instruments of musick.

34:13 Also they were over the bearers of burdens, and were overseers of all that wrought the work in any manner of service: and of the Levites there were scribes, and officers, and porters.

34:14 And when they brought out the money that was brought into the house of the LORD, Hilkiah the priest found a book of the law of the LORD given by Moses.

34:15 And Hilkiah answered and said to Shaphan the scribe, I have found the book of the law in the house of the LORD. And Hilkiah delivered the book to Shaphan.

34:16 And Shaphan carried the book to the king, and brought the king word back again, saying, All that was committed to thy servants, they do it.

34:17 And they have gathered together the money that was found in the house of the LORD, and have delivered it into the hand of the overseers, and to the hand of the workmen.

34:18 Then Shaphan the scribe told the king, saying, Hilkiah the priest hath given me a book. And Shaphan read it before the king.

Biblia Sacra Vulgata

34:19 And it came to pass, when the king had heard the words of the law, that he rent his clothes.

34:20 And the king commanded Hilkiâh, and Ahikam the son of Shaphan, and Abdon the son of Micah, and Shaphan the scribe, and Asaiah a servant of the king's, saying,

34:21 Go, enquire of the LORD for me, and for them that are left in Israel and in Judah, concerning the words of the book that is found: for great is the wrath of the LORD that is poured out upon us, because our fathers have not kept the word of the LORD, to do after all that is written in this book.

34:22 And Hilkiâh, and they that the king had appointed, went to Huldah the prophetess, the wife of Shallum the son of Tikvath, the son of Hasrah, keeper of the wardrobe: (now she dwelt in Jerusalem in the college:) and they spake to her to that effect.

34:23 And she answered them, Thus saith the LORD God of Israel, Tell ye the man that sent you to me,

34:24 Thus saith the LORD, Behold, I will bring evil upon this place, and upon the inhabitants thereof, even all the curses that are written in the book which they have read before the king of Judah:

34:25 Because they have forsaken me, and have burned incense unto other gods, that they might provoke me to anger with all the works of their hands; therefore my wrath shall be poured out upon this place, and shall not be quenched.

34:26 And as for the king of Judah, who sent you to enquire of the LORD, so shall ye say unto him, Thus saith the LORD God of Israel concerning the words which thou hast heard;

34:27 Because thine heart was tender, and thou didst humble thyself before God, when thou heardest his words against this place, and against the inhabitants thereof, and humbledst thyself before me, and didst rend thy clothes, and weep before me; I have even heard thee also, saith the LORD.

34:28 Behold, I will gather thee to thy fathers, and thou shalt be gathered to thy grave in peace, neither shall thine eyes see all the evil that I will bring upon this place, and upon the inhabitants of the same. So they brought the king word again.

34:29 Then the king sent and gathered together all the elders of Judah and Jerusalem.

34:30 And the king went up into the house of the LORD, and all the men of Judah, and the inhabitants of Jerusalem, and the priests, and the Levites, and all the people, great and small: and he read in their ears all the words of the book of the covenant that was found in the house of the LORD.

cias sacerdos hunc librum quem cum rege praesente recitasset 34:19 audissetque ille uerba legis scidit uestimenta sua 34:20 et praecepit Helciae et Ahicam filio Saphan et Abdon filio Micha Saphan quoque scribae et Asaiae seruo regis dicens 34:21 ite et orate Dominum pro me et pro reliquiis Israhel et Iuda super uniuersis sermonibus libri istius qui repertus est magnus enim furor Domini stillauit super nos eo quod non custodierint patres nostri uerba Domini ut facerent omnia quae scripta sunt in isto uolumine 34:22 abiit igitur Helcias et hii qui simul a rege missi fuerant ad Holdan propheten uxorem Sellum filii Thecuath filii Hasra custodis uestium quae habitabat Hierusalem in secunda et locuti sunt ei uerba quae supra narrauimus 34:23 at illa respondit eis haec dicit Dominus Deus Israhel dicite uiro qui misit uos ad me 34:24 haec dicit Dominus ecce ego inducam mala super locum istum et super habitatores eius cunctaque maledicta quae scripta sunt in libro hoc quem legerunt coram rege Iuda 34:25 quia dereliquerunt me et sacrificauerunt diis alienis ut me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum suarum idcirco stillauit furor meus super locum istum et non extinguetur 34:26 ad regem autem Iuda qui misit uos pro Domino deprecando sic loquimini haec dicit Dominus Deus Israhel quoniam audisti uerba uoluminis 34:27 atque emollitum est cor tuum et humiliatus es in conspectu Dei super his quae dicta sunt contra locum hunc et habitatores Hierusalem reueritusque faciem meam scidisti uestimenta tua et fleuisti coram me ego quoque exaudiui te dicit Dominus 34:28 iam enim colligam te ad patres tuos et infereris in sepulchrum tuum in pace nec uidebunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locum istum et super habitatores eius rettulerunt itaque regi cuncta quae dixerat 34:29 at ille conuocatis uniuersis maioribus natu Iuda et Hierusalem 34:30 ascendit domum Domini unaque omnes

Liber II Paralipomenon

uiri Iuda et habitatores Hierusalem sacerdotes et Leuitae et cunctus populus a minimo usque ad maximum quibus audientibus in domo Domini legit rex omnia uerba uoluminis 34:31 et stans in tribunali suo percussit foedus coram Domino ut ambularet post eum et custodiret praecepta et testimonia et iustificationes eius in toto corde suo et in tota anima sua faceretque quae scripta sunt in uolumine illo quem legerat 34:32 adiurauit quoque super hoc omnes qui repperiti fuerant in Hierusalem et Benjamin et fecerunt habitatores Hierusalem iuxta pactum Domini Dei patrum suorum 34:33 abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de uniuersis regionibus filiorum Israhel et fecit omnes qui residui erant in Israhel seruire Domino Deo suo cunctis diebus eius non recesserunt a Domino Deo patrum suorum

35:1 fecit autem Iosias in Hierusalem phase Domino quod immolatum est quartadecima die mensis primi 35:2 et constituit sacerdotes in officiis suis hortatusque est eos ut ministrarent in domo Domini 35:3 Leuitis quoque ad quorum eruditionem omnis Israhel sanctificabatur Domino locutus est ponite arcam in sanctuario templi quod aedificauit Salomon filius Dauid rex Israhel nequaquam enim eam ultra portabitis nunc autem ministrare Domino Deo uestro et populo eius Israhel 35:4 et praeparate uos per domos et cognationes uestras in diuisionibus singulorum sicut praecepit Dauid rex Israhel et descripsit Salomon filius eius 35:5 ministrare in sanctuario per familias turmasque leuiticas 35:6 et sanctificati immolate phase fratres etiam uestros ut possint iuxta uerba quae locutus est Dominus in manu Mosi facere praeparate 35:7 dedit praeterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuentus in sollemnitate phase agnos et hedos de gregibus et reliqui pecoris triginta milia boumque tria milia haec de regis uniuersa substantia 35:8 duces quoque eius sponte quod uoluerant obtulerunt tam populo quam sacerdotibus et

34:31 And the king stood in his place, and made a covenant before the LORD, to walk after the LORD, and to keep his commandments, and his testimonies, and his statutes, with all his heart, and with all his soul, to perform the words of the covenant which are written in this book.

34:32 And he caused all that were present in Jerusalem and Benjamin to stand to it. And the inhabitants of Jerusalem did according to the covenant of God, the God of their fathers.

34:33 And Josiah took away all the abominations out of all the countries that pertained to the children of Israel, and made all that were present in Israel to serve, even to serve the LORD their God. And all his days they departed not from following the LORD, the God of their fathers.

35:1 Moreover Josiah kept a passover unto the LORD in Jerusalem: and they killed the passover on the fourteenth day of the first month.

35:2 And he set the priests in their charges, and encouraged them to the service of the house of the LORD.

35:3 And said unto the Levites that taught all Israel, which were holy unto the LORD. Put the holy ark in the house which Solomon the son of David king of Israel did build; it shall not be a burden upon your shoulders: serve now the LORD your God, and his people Israel,

35:4 And prepare yourselves by the houses of your fathers, after your courses, according to the writing of David king of Israel, and according to the writing of Solomon his son.

35:5 And stand in the holy place according to the divisions of the families of the fathers of your brethren the people, and after the division of the families of the Levites.

35:6 So kill the passover, and sanctify yourselves, and prepare your brethren, that they may do according to the word of the LORD by the hand of Moses.

35:7 And Josiah gave to the people, of the flock, lambs and kids, all for the passover offerings, for all that were present, to the number of thirty thousand, and three thousand bullocks: these were of the king's substance.

35:8 And his princes gave willingly unto the people, to the priests, and to the Levites: Hilkiah and Zechariah and Jehiel, rulers of the house of God, gave unto the priests for the passover offerings two thousand and six hundred small cattle and three hundred oxen.

Biblia Sacra Vulgata

Leuitis porro Helcias et Zaccharias et Iehihel principes domus Domini dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora commixtim duo milia sescenta et boues trecentos 35:9 Chonenias autem Semeias etiam et Nathanahel fratres eius necnon Asabias et Iahihel et Iozabath principes Leuitarum dederunt ceteris Leuitis ad celebrandum phase quinque milia pecorum et boues quingentos 35:10 praeparatumque est ministerium et steterunt sacerdotes in officio suo Leuitae quoque in turmis iuxta regis imperium 35:11 et immolatum est phase aspersionemque sacerdotes manu sua sanguinem et Leuitae detraxerunt pelles holocaustorum 35:12 et separauerunt ea ut darent per domos et familias singulorum et offerrentur Domino sicut scriptum est in libro Mosi de bubus quoque fecere similiter 35:13 et assauerunt phase super ignem iuxta quod lege praeceptum est pacificas uero hostias coxerunt in lebetis et caccabis et ollis et festinato distribuerunt uniuersae plebi 35:14 sibi autem et sacerdotibus postea parauerunt nam in oblatione holocaustorum et adipum usque ad noctem sacerdotes fuerant occupati unde Leuitae et sibi et sacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouissimis 35:15 porro cantores filii Asaph stabant in ordine suo iuxta praeceptum Daud et Asaph et Heman et Idithun prophetarum regis ianitores uero per portas singulas obseruabant ita ut ne puncto quidem discederent a ministerio quam ob rem et fratres eorum Leuitae parauerunt eis cibos 35:16 omnis igitur cultura Domini rite completa est in die illa ut facerent phase et offerrent holocausta super altare Domini iuxta praeceptum regis Iosiae 35:17 feceruntque filii Israhel qui repperti fuerant ibi phase in tempore illo et sollempnitatem azymorum septem diebus 35:18 non fuit phase simile huic in Israhel a diebus Samuhelis prophetae sed nec quisquam de cunctis regibus Israhel fecit phase sicut Iosias sacerdotibus et Leuitis et omni Iuda et Israhel qui reppertus fuerat et habitan-

35:9 Conaniah also, and Shemaiah and Nethaneel, his brethren, and Hashabiah and Jeiel and Jozabad, chief of the Levites, gave unto the Levites for passover offerings five thousand small cattle, and five hundred oxen.

35:10 So the service was prepared, and the priests stood in their place, and the Levites in their courses, according to the king's commandment.

35:11 And they killed the passover, and the priests sprinkled the blood from their hands, and the Levites flayed them.

35:12 And they removed the burnt offerings, that they might give according to the divisions of the families of the people, to offer unto the LORD, as it is written in the book of Moses. And so did they with the oxen.

35:13 And they roasted the passover with fire according to the ordinance: but the other holy offerings sod they in pots, and in caldrons, and in pans, and divided them speedily among all the people.

35:14 And afterward they made ready for themselves, and for the priests: because the priests the sons of Aaron were busied in offering of burnt offerings and the fat until night; therefore the Levites prepared for themselves, and for the priests the sons of Aaron.

35:15 And the singers the sons of Asaph were in their place, according to the commandment of David, and Asaph, and Heman, and Jeduthun the king's seer; and the porters waited at every gate: they might not depart from their service; for their brethren the Levites prepared for them.

35:16 So all the service of the LORD was prepared the same day, to keep the passover, and to offer burnt offerings upon the altar of the LORD, according to the commandment of king Josiah.

35:17 And the children of Israel that were present kept the passover at that time, and the feast of unleavened bread seven days.

35:18 And there was no passover like to that kept in Israel from the days of Samuel the prophet; neither did all the kings of Israel keep such a passover as Josiah kept, and the priests, and the Levites, and all Judah and Israel that were present, and the inhabitants of Jerusalem.

Liber II Paralipomenon

tibus in Hierusalem 35:19 octauodecimo anno regni Iosiae hoc phase celebratum est 35:20 postquam instaurauerat Iosias templum ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charchamis iuxta Eufraten et processit in occursum eius Iosias 35:21 at ille missis ad eum nuntiis ait quid mihi et tibi est rex Iuda non aduersum te hodie uenio sed contra aliam pugno domum ad quam me Deus festinato ire praecepit desine aduersum Deum facere qui mecum est ne interficiat te 35:22 noluit Iosias reuerti sed praeparauit contra eum bellum nec adqueiuit sermonibus Nechao ex ore Dei uerum perrexit ut dimicaret in campo Mageddo 35:23 ibique uulneratus a sagittariis dixit pueris suis educite me de proelio quia oppido uulneratus sum 35:24 qui transtulerunt eum de curru in alterum currum qui sequebatur eum more regio et asportauerunt in Hierusalem mortuusque est et sepultus in mausoleo patrum suorum et uniuersus Iuda et Hierusalem luxerunt eum 35:25 Hieremias maxime cuius omnes cantores atque cantrices usque in praesentem diem lamentationes super Iosia replicant et quasi lex obtinuit in Israhel ecce scriptum fertur in Lamentationibus 35:26 reliqua autem sermonum Iosiae et misericordiarum eius quae lege praecepta sunt Domini 35:27 opera quoque illius prima et nouissima scripta sunt in libro regum Israhel et Iuda

36:1 tulit ergo populus terrae Ioachaz filium Iosiae et constituit regem pro patre suo in Hierusalem 36:2 uiginti trium annorum erat Ioachaz cum regnare coepisset et tribus mensibus regnauit in Hierusalem 36:3 amouit autem eum rex Aegypti cum uenisset Hierusalem et condemnauit terram centum talentis argenti et talento auri 36:4 constituitque regem pro eo Eliacim fratrem eius super Iudam et Hierusalem et uertit nomen eius Ioacim ipsum uero Ioachaz tulit secum et adduxit in Aegyptum 36:5 uiginti quinque annorum erat Ioacim cum regnare coepisset et undecim annis regnauit in

35:19 In the eighteenth year of the reign of Josiah was this passover kept.

35:20 After all this, when Josiah had prepared the temple, Necho king of Egypt came up to fight against Charchemish by Euphrates: and Josiah went out against him.

35:21 But he sent ambassadors to him, saying, What have I to do with thee, thou king of Judah? I come not against thee this day, but against the house wherewith I have war: for God commanded me to make haste: forbear thee from meddling with God, who is with me, that he destroy thee not.

35:22 Nevertheless Josiah would not turn his face from him, but disguised himself, that he might fight with him, and hearkened not unto the words of Necho from the mouth of God, and came to fight in the valley of Megiddo.

35:23 And the archers shot at king Josiah; and the king said to his servants, Have me away; for I am sore wounded.

35:24 His servants therefore took him out of that chariot, and put him in the second chariot that he had; and they brought him to Jerusalem, and he died, and was buried in one of the sepulchres of his fathers. And all Judah and Jerusalem mourned for Josiah.

35:25 And Jeremiah lamented for Josiah: and all the singing men and the singing women spake of Josiah in their lamentations to this day, and made them an ordinance in Israel: and, behold, they are written in the lamentations.

35:26 Now the rest of the acts of Josiah, and his goodness, according to that which was written in the law of the LORD,

35:27 And his deeds, first and last, behold, they are written in the book of the kings of Israel and Judah.

36:1 Then the people of the land took Jehoahaz the son of Josiah, and made him king in his father's stead in Jerusalem.

36:2 Jehoahaz was twenty and three years old when he began to reign, and he reigned three months in Jerusalem.

36:3 And the king of Egypt put him down at Jerusalem, and condemned the land in an hundred talents of silver and a talent of gold.

36:4 And the king of Egypt made Eliakim his brother king over Judah and Jerusalem, and turned his name to Jehoiaikim. And Necho took Jehoahaz his brother, and carried him to Egypt.

36:5 Jehoiaikim was twenty and five years old when he began to reign, and he reigned eleven years in Jerusalem: and he did that which was evil in the sight of the LORD his God.

Biblia Sacra Vulgata

36:6 Against him came up Nebuchadnezzar king of Babylon, and bound him in fetters, to carry him to Babylon.

36:7 Nebuchadnezzar also carried of the vessels of the house of the LORD to Babylon, and put them in his temple at Babylon.

36:8 Now the rest of the acts of Jehoiachim, and his abominations which he did, and that which was found in him, behold, they are written in the book of the kings of Israel and Judah: and Jehoiachim his son reigned in his stead.

36:9 Jehoiachim was eight years old when he began to reign, and he reigned three months and ten days in Jerusalem: and he did that which was evil in the sight of the LORD.

36:10 And when the year was expired, king Nebuchadnezzar sent, and brought him to Babylon, with the goodly vessels of the house of the LORD, and made Zedekiah his brother king over Judah and Jerusalem.

36:11 Zedekiah was one and twenty years old when he began to reign, and reigned eleven years in Jerusalem.

36:12 And he did that which was evil in the sight of the LORD his God, and humbled not himself before Jeremiah the prophet speaking from the mouth of the LORD.

36:13 And he also rebelled against king Nebuchadnezzar, who had made him swear by God: but he stiffened his neck, and hardened his heart from turning unto the LORD God of Israel.

36:14 Moreover all the chief of the priests, and the people, transgressed very much after all the abominations of the heathen; and polluted the house of the LORD which he had hallowed in Jerusalem.

36:15 And the LORD God of their fathers sent to them by his messengers, rising up betimes, and sending; because he had compassion on his people, and on his dwelling place:

36:16 But they mocked the messengers of God, and despised his words, and misused his prophets, until the wrath of the LORD arose against his people, till there was no remedy.

36:17 Therefore he brought upon them the king of the Chaldees, who slew their young men with the sword in the house of their sanctuary, and had no compassion upon young man or maiden, old man, or him that stooped for age: he gave them all into his hand.

36:18 And all the vessels of the house of God, great and small, and the treasures of the house of the LORD, and the treasures of the king, and of his princes; all these he brought to Babylon.

Hierusalem fecitque malum coram Domino Deo suo 36:6
contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldeorum et
uinctum catenis duxit in Babylonem 36:7 ad quam et uasa
Domini transtulit et posuit ea in templo suo 36:8 reliqua
autem uerborum Ioacim et abominationum eius quas operatus est et quae inuenta sunt in eo continentur in libro regum Israhel et Iuda regnauitque Ioachin filius eius pro eo 36:9 octo annorum erat Ioachin cum regnare coepisset et tribus mensibus ac decem diebus regnauit in Hierusalem fecitque malum in conspectu Domini 36:10 cumque anni circulus uolueretur misit Nabuchodonosor rex qui et adduxerunt eum in Babylonem asportatis simul pretiosissimis uasis domus Domini regem uero constituit Sedeciam fratrem eius super Iudam et Hierusalem 36:11 uiginti et unius anni erat Sedecias cum regnare coepisset et undecim annis regnauit in Hierusalem 36:12 fecitque malum in oculis Domini Dei sui nec erubuit faciem Hieremiae prophetae loquentis ad se ex ore Domini 36:13 a rege quoque Nabuchodonosor recessit qui adiurauerat eum per Deum et indurauit ceruicem suam et cor ut non reuerteretur ad Dominum Deum Israhel 36:14 sed et uniuersi principes sacerdotum et populus praeuaricati sunt inique iuxta uniuersas abominationes gentium et polluerunt domum Domini quam sanctificauerat sibi in Hierusalem 36:15 mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum de nocte consurgens et cotidie commonens eo quod parceret populo et habitaculo suo 36:16 at illi subsannabant nuntios Dei et paruipendebant sermones eius inludebantque prophetis donec ascenderet furor Domini in populum eius et esset nulla curatio 36:17 adduxit enim super eos regem Chaldeorum et interfecit iuuenes eorum gladio in domo sanctuarii sui non est misertus adulescentis et uirginis et senis nec decrepiti quidem sed omnes tradidit manibus eius 36:18 uniuersaque

Liber II Paralipomenon

uasa domus Domini tam maiora quam minora et thesauros templi et regis et principum transtulit in Babylonem 36:19 incenderunt hostes domum Dei destruxerunt murum Hierusalem uniuersas turres conbuserunt et quicquid pretiosum fuerat demoliti sunt 36:20 si quis euaserat gladium ductus in Babylonem seruiuit regi et filiis eius donec imperaret rex Persarum 36:21 et conpleretur sermo Domini ex ore Hieremiae et celebraret terra sabbata sua cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum conplerentur septuaginta anni 36:22 anno autem primo Cyri regis Persarum ad explendum sermonem Domini quem locutus fuerat per os Hieremiae suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum qui iussit praedicari in uniuerso regno suo etiam per scripturam dicens 36:23 haec dicit Cyrus rex Persarum omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus caeli et ipse praecepit mihi ut aedificarem ei domum in Hierusalem quae est in Iudaea quis ex uobis est in omni populo eius sit Dominus Deus suus cum eo et ascendat

36:19 And they burnt the house of God, and brake down the wall of Jerusalem, and burnt all the palaces thereof with fire, and destroyed all the goodly vessels thereof.

36:20 And them that had escaped from the sword carried he away to Babylon; where they were servants to him and his sons until the reign of the kingdom of Persia:

36:21 To fulfil the word of the LORD by the mouth of Jeremiah, until the land had enjoyed her sabbaths: for as long as she lay desolate she kept sabbath, to fulfil threescore and ten years.

36:22 Now in the first year of Cyrus king of Persia, that the word of the LORD spoken by the mouth of Jeremiah might be accomplished, the LORD stirred up the spirit of Cyrus king of Persia, that he made a proclamation throughout all his kingdom, and put it also in writing, saying,

36:23 Thus saith Cyrus king of Persia, All the kingdoms of the earth hath the LORD God of heaven given me; and he hath charged me to build him an house in Jerusalem, which is in Judah. Who is there among you of all his people? The LORD his God be with him, and let him go up.

Biblia Sacra Vulgata
